

61043 R
PETRI BELLONII
CENOMANI
MEDICI

*De neglecta Stirpium Cultura,
atque earum cognitione
Libellus:*

Edocens qua ratione Siluestres arbores cicutari & mitescere queant.

CAROLVS CLVISIVS ATREBAS
è Gallico Latinum faciebat.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXXIX.

Ms. J. Mead, H. Rogerson

PETRI BELLONII
CENOMANI

igularium & memorabilium Rerum, per
arias exterarumque Regiones obseruatarum.

LIBER PRIMVS.

Singulos diuersis rationibus à natura in hac vita
duci, omniumque instituta ad eundem scopum
non tendete.

CAPUT PRIMUM.

AMETSI res memorabiles & singu-
lares exterarum Regionem, ita ut eas
obseruamini, hoc libro describere con-
sisterimus: et tamē pretextu alios qui
meliora praestare poterūt excludere no-
lamus, sed eos potius ad rem capessen-
dam excitare animus est. Et licet plerique cū veteres,
tum recētores, ante nos similia in suis hodeporicis & na-
vigationibus descripterint, quoniam tamen omnia, qua-
ne traduntur, obseruanquis, audacter ea in publicum
mittere ausi sumus, nec alterius calumnias metumus.
Nam si quis nostra cum illorum scriptis contulerit, certe
sumus non posse nobis merito obici, quod alterius quid-
dam mutuati simus, nisi fortasse ē probatis veteribus au-
toribus, quorum non nunquam auxilio vīsi sumus, in ex-
trīmendis animalium, stirpium, aliarumq. similiū rerum
iropriis nominibꝫ, ea nostra vulgari Gallica lingua red-
entes. Quoniam verò eiusmodi res antea nec examini
bretta, nec nostra lingua redditā, nec cum veterū Au-
toribꝫ.

Eorum scriptis collatae fuerunt, tanto difficultior labor ieg.^{is}, plena fuit ea promulgia. Qui longinquam peregrinationem priuati commodi gratia in exteris regiones suscipiunt, vulgariter in necessariarum rerum inquisitionem magis incumbunt, ut suis votis satisfaciant, quam in aliariis rerum ipsis incognitarum obseruatione tempus terant: ut ex mercatorum negotiatione manifestum est, qui, licet in Indiam & Novum orbem committent, at tamē quia illorum unicus scopus est, ut pecunias in mercium cōceptione bene collocent, multas res singulares, quas diligens & curiosus quāsiā obseruare posset, conquerere negligunt: excusatio in promptu est, quod similes res illis non sint viles; tam etiam quēd hominum ingenia & affectus adeo inter se differant, ut si plures eiusdem etiā itineris comites per eandem provinciam simul proficiantur, vix bini reperiantur, qui ad eandem rem obseruandam animūm applicent: contra hic illud adnotabit, aliud aliud: adde nemūnū adeo esse diligentem, qui singula minima & exquisite expendere posse: attamen res memorabiles attente considerari debent, ante quam certi quidpiam de illis statuatur: necesse est etenim ut hora a veteribus prodit & cum rebus que describuntur conueniant. Si porro de us rebus, qua apud ziciniores nobis provinciae invenientur, tanquam apud nos natis, agere nolimus, id non sine ratione falluntur est: nam de rebus exterris commentari magis libuit, quoniam miris affectus nos stimulauit ut longinquas peregrinationes susciperemus. Cum igitur apud Gracos & Turcas peruenissimus, omnia diligenter scribere cēpimus nam compertimus ea, in quorum disquisitione eramus, & quorum, nisi istic, notitiam minimè consequi potuissimus, sua etiām retinere apud illos nomina, quē admodū à veteribus Autoribus tradidit & fuisse ex illorū monumentis intelligimus. Sed quoniam plurimas re-

nostro usū admodum vulgares conspicimus, quarum appellatio adeo communis est, ut nemo sit (mo ne mulieres quidem) qui afferere non dubitet, eas esse quarum nomes resunt, quod tamen falso illis tributum est; hoc loco demonstrare non dubitamus, magnum abusum esse in multarum rerum admodum trivialium nomenclatura.

Cap. II.

Rerum appellationibus nimis fidendum non esse, tamē si vulgares sint, nisi veterum descriptionibus ad amissim respondant, & rebus que describuntur conueniant.

MULTAS vulgares stirpes, & cognita animalia exempli gratia proponemus, ut vulgaria nomina falso illis esse imposita demonstremus: quod fortassis non siet sine quorundam offensione. Si quis tamen grauius feret, nobis indicet, si videbitur, atque, ut decet, illi respondebimus. Nos igitur afferere non dubitamus, Gallos, & magnam eorum qui Romane ecclesiæ obsequuntur partem, hafte-nus Thymi plantam ignorasse: quandoquidem ea que in hortis nostris coluntur, neque thymus est, neque eius species, at Serpili genus est. Hyssopus præterea atque Satureja nobis vulgariter usū que sunt, haudquaqua ea sunt, quibus veteres Graci in medicamentis vebantur. Itaque dicimus, nisi res quas propriis nominibus exprimitur cum veterum iam dictorum descriptionibus quadrent, conclūdendum necessario casus quas ipsi intellexerunt non esse. Exempli sit noster Thymus, cuius nomen omnibus adeo notum est, ut nemo, cuiuscumq; etiā conditionis sit, qui Thymum appellare non norit, & tamen ea appellatio perpetram illi donata est. Nam ei plantæ quam Thymum nuncupamus, hoc nomen conuenire non potest; ut alteri que vulgariter in Gracia nascitur. Et necesse est, herbam que Thymu nomine obtinere debet, ut ex Theophrasto & Diodoride patet, capitulis acuminatis onustam esse, & secundum pediculum angustis, ut sunt Stachadis capita que

aliis comparantur: ad quorum etiam similitudinem, penſiles verruce, quae nonnullis cum in nafso, tum in inguitibus succrescentes videmus, & vix a Graci teste Celsō furete appellata. Attamen herba quam Thymum nuncupamus, eas notas non habet, eamq; ob causam haud est cui hoc Thymi nomen conuenire queat, e quo videlicet apud Athenas monte Hymetto, & in Sicilia monte Hybla apes præstantissimum mel colligunt, quod Auctores eam ob causam Atticum & Hybleum cognominant. Simili de causa, tametsi ea planta, quam vulgo Thymum nominamus, in Gallie Narbonensis atque Provincia solitudinibus abundantter sponte nascatur, similis illi quā in hortis colimus: cum tamen predictis notis careat, legitimus Thymus esse non potest. Verus autē Thymus per uniuersam Graciam adeo frequens est, ut montes vix alia herba virescant, que isti libentissime sponte nascuntur, floresq; profert pro soli, quod obedit ratione, ut interdum toti nubes sint, nonnunquam toti carulei aut purpurei, aliquando utroque colore mixti. Sed quonia cum in nostris hortis adhuc non colimus, nobis idcirco incognitus est. Ut vero Thymus penſilebus verrucis nomen dedit, sic etiam pſci cuſdam in Athēſi fluvio, veteribus Thymus vel Thymalus appellato, quem Ludæ apud Inſubres incole Themeto, vel Themalo nominant.

Ad Satirem quod attinet, quam Graci Thymus appellant, vñius autem Tribi; ut id obtineat nomen, ſpicias onusta esse debet, ſic enim ſcribit Diſcorides. At quoniam in noſtra hortensi nullas ſpicias confiſcimus, fatendum nobis est minime eam eſſe qua Veteres in medicamentis uſi ſunt. Haud negamus, quim, quā in hortis colimus, eadem ſit que ab omni veterate in cibos recepta ſuit, atque ideo culinis dedicata. Sed qua medicamentis admiscebatur, queq; in Graci ſilueſtri eſt, nobis incognita eſt: etenim nequaquam illam habemus, licet per uniuersam Gra- ciā vulgaris ſit.

Idem censendum eſt de Hyſſopo, qua diورns eſt genere: unum etenim campeſtre eſt, omnibus orientalium regionum locis indiferenter nascens, cius in collibus, tum ſecundum vias in Cilicia, Thracia, Phrygia, aliq; plurimis regionibus, alterum hortense eſt, nobis cognitum, & in hortu cultum, ſed plurimum a ſilueſtri differens, e quo Greci olim ſua medicamenta conſecerunt.

Nos harum ſirpium admodum vulgarium & omnibus cognitarum exempla in medium protulimus, ut omnes intelligat, nos no adeo fidiffe perpetuo vulgaribus appellationibus, quas pronvincialium incole nobis dicebant, reis quai deſcribere uolebamus exprimendo, quin prius eas diligenter perpendacemus: alioqui ſepi decepti fuſſemus. Nam quemadmodum vulgi Galiorum hanc vocem Plane exprimens, multū anſam prabuit ut Platani eſſe cogitarent, cius tamen Aceris ſit species: ſic apud alias nationes contingere potest. Et licet ne unica quidem Platani ſine in cultis ſine incultis, per uniuersam Galliam nascatur: omnes tamen ea cōmuni appellatione deſcipiuntur, immo uiri docti, & alij non poſtremo autoritas, conſpicientes Plane foliū vitiginea ſimile, Platani vero deſcriptionem illi etiā vitiginea folia tribuere, ex unica nota Plane eſſe Platani ſtatuerunt, cum tamē à veritate ſit alienum: nam Platani rotundas pilulas fert, Xanthi fructui ſimiles, cui Diſcorides ea coparanit, nucis magnitudine ſunt, & racematiſ dependent: quae Plane non habet, ſed ſemina alato huic instrumento quo aucepſ reuocare falcones ſolent, paria. Et ut experientia comprobemus nos in uniuersa Gallia Platani minime habere, eius iconem ad viuum expreſſam hic ſubtecimus.



Eaitem planta quam Iouis barbam nuncupamus, hactenus pro Semperiuo habita est, cum tamen minime sit: nam Semperiuu copiose nascentes conspeximus in Creta, Corcyra, & Zacintho, arbustula in modu, cubitum, atque etiam binos alta, caule pollicaris crassities, extrema parte foliis onuslo enim undique cingentibus; omnino Dioscoridis descriptione respondens. Itaque mirum est eos qui simulacrum rerum descriptiones & effigies exhibet, non animaduertisse: nam quam rectiores pro Iouis barba pingunt. Vescrum Cotyledon altera est.

Idem accedit Moro alba, atque cuidam alteri arbori ex Aceris generibus, quas multi comuni consensu Sycorum esse dixerunt. Et tamen Sycomorus adeo rara est, ut nec domestica nec silvestris in Gracia aut Italia sit conspecta. Nonne igitur difficile sit, nascentem in Gallia conspexisse?

Idem dicimus de anib, serpentibus, aliisq, terrestribus animalibus: de fodinis, lapidibus, & metallicis. Nostra Carduelis que a carduo nomen sumpfit, ea esse videtur quam Greci Acanthim nuncupant, attamen acanthis carduelis non est. Atque si vulgaris Gallorun quoisdam serpentes appellat Aspides, non sine errore hoc sit; etenim nullus in Gallia reperiatur, ut in neq, murene, quae vulgaris Lampreras esse estimat, neq, fluminailes cancri; quae appellatio inepit nostris escreuilles indita est. Sic singuli existimant Salpetre esse Nitrum; sed erronea esse eam opinionem, libello cui titulum fecimus De medicato funere, probavimus. Et quemadmodum falsa nomina indimus nonnullis rebus nobis vulgaribus: sic etiam nonnullas habemus admodum communes, quarum appellacionem legitimam ignoramus. Nullus est rusticus, qui in Gasconia Salamandra Mytil nominare non norit, apud Allobroges sine Sabandos Pluine (nam pluvio tempore

conficitur) apud Cenomanos Soud (surda enim esse videtur) & tamen Salamandram esse omnes ignorant. Itaque fides non est adhibenda vulgariibus prouinciarum appellationibus, in rebus exprimendis, quin primum Autorum scripta collata & exacte perpenſa fuerint. Horum autem exemplorum productione, ignorantiarum rerum veritatem ex iis qua probe cognita sunt, perquirendam esse, dicere volumus. At quemadmodum homines generosi & bene nati infamiam obuicere soliti, his qui sese efferrati quod nobilis stemmate sint nati, cum tamen ignobilia facinora perpetrent, vulgari proverbio dicunt, nullam affinitatem esse inter villanum & nobilem virum. Eadem ratione dicimus nullam esse comparationem inter solida eruditionis virum & ignoratum, quemadmodum nec inter eum qui liberalis est ingenij, & inuidum. Sic quorundam male feriatorum & morosorum hominum calumnias repellimus, à quibus nihil unquam prodit, unde docti nomen mereri queant: ut qui inter eos maxime mihi nocere co[n]atus est, crassam animal esse deprehendatur, quod nostram diligentiam & curiositatem adeo dannarit. Is veterem consuetudinem obuiciebat, inquiens nostros maiores feliciter vitam tradixisse, licet haes tenues subtilitates hanc quam necessarias neglexissent: itaque quemadmodum illis abstinnerant, & sine illis salubriter vixerunt, atque suas agititudines curarunt: nos etiam illorum vestigia insistere posse: talia enim relinqui debere iis qui ocio abundant, aut his qui res nimia potius curiositate, quam ob utilitatem perquirunt. Huic asino respōsum volumus, priisci seculi homines ante quam raro conficiendi panem inuicta esset, sanos vixisse, atque à morbis curatos esse, tametsi glandibus duntaxat vescentur, ut Arcades. Cuperemus igitur tales ignari, veteri consuetudine, sola glande vescentur, aut solis ficiis ut Atheniensis,

vel

vel solis agrestibus pīris ut Tyrinthi, cannīsve aut arundinibus quemadmodum Indi, vel palmulis ut Carnmanni, vel milio ut Sarmata, vel Terebinthi granis vii Persa: nobis autem frumentaceum panem relinquenter, quandoquidem illius inuentores dannant tanquam minimum curiosos. Cuperemus similiter, ut architecturam contemnentes, tanquam rem curiosam, & qua etiam veteres caruerunt, suis adibis relictis in antra & silvas habitatum concederent. Quod si his nequaquam sibi satissimum esse autem, velimus Aristotelis curiositatem damnarent, qui animalium differentias nos edocens, non satissimam autem exteriores nouas describere, sed factis singularum dissectionibus, serpentum costas obseruare, piscis & animalium intestina, atque reliquum animalium interiores corporis partes enumerare voluit. Hippocrates etiā & Galenus suorum maiorum placitis non fuere contenti. Sed tales ignari oculos de industria sibi perstrinxerunt, ut nobis ridendi materiae praberent: de quoru[m] vita, fabula componi posset singulis horis exhibenda: nā alicorū more ignorare volunt, quicunque nec videre nec scire cupiunt: cum tamen usū & estate omnia ad publicā utilitatem immutentur & meliora fiant. Nam qui homines sunt, vitam suā prout natura eos docet instituere norunt, deteriora relinquentes, & optima ob suum commodum amplectentes, sic ut ē silvestribus & cāpestribus urbani & cicures facti sint, & in contrarium planē suos affectus mutarint: unde prudentiores singulariter sese oblettantes in rerum naturalium perquisitione, certi, esse cupientes de legitimarum perfectione, in hoc toti incubuerunt ut verum à falso discernerent: si quis enim artificio gemmam aut metallum, aut aliud quid simile tam exacte smutari horit, ut legitimū nō modo forma, sed etiam aliis qualitatibus referat: ingenij tamen perspicacioris acumen

in eo non consistit, sed contemplari, experiri & perpendere non deficit, donec falsumne & adulterinum, an vero legitimum & verum sit intelligatur. Et ob id factum, nemo est qui meritio reprehendere aut accusare posse, aut illi curiositatem utilitatis expertem obsecere. Itaque concludere possumus, ignorantibus inutili & minime necessariam curiositatem merito obsecere non posse. Sed pratermissis eorum lexiibus & ociosis causulationibus, & ad intermissione exterarum regionum singularibus rebus narrationem redeuntes, prater institutum non fore existimamus, si ante quam Turcarum res adgrediamur, non videt quasi cur sim agamus de Creta insula, que nunc Candia vocatur, quandoquidem una est ex nostra peregrinationis stationibus, in qua diutius habimus.

* Legumnum thymum in Boche Hispanie aequaliter, circa Hispalim presentum frequentissimum, sedum manus Olyssone & vicinis locis. Mureta in Gallie Narboensem maritima.

CAP. III.

Breni singulorum Cretæ narratio, & peculiaris
Grecanicorum morum observatione.

OMNIVM artium & disciplinarum inuentores quorum memoriam hodie colimus, magna ex parte ex Grecia oriundi fuere, que (ut fortuna permittente res subito immutantur) ex diuite & opulenta, qualis olim fuit, uniusq; in omni disciplinarum genere excellestibus abundante, & ob virtutem, magne orbis parui imperante, in eum statim nunc redacta est, ut ne uniuersu quidem pedis vestigium retinuerit, quod vel tributario Turcarum iugo, vel Venetorum seruitute non sit oppressum. Turca maximam eius partem obtinet cum in continentium in mari. Quod Venetiis cestit, in mari est. Graci Venetiis subiecti, paulo meliore conditione sunt, ad religionem quod attinet, quam qui Turce tributary sunt: & utrorumq; facta comparatione, compertimus eos qui Turca subiunt, Turcorum moribus

bus

bus & consuetudine vinere, quemadmodum qui Venetis parent, Venetorum mores imitantur. Tam insignis apud utrosque regnat barbaries, ut nulla apud eos urbe inueniatur in qua sit academia: nemo est etiam qui suos liberos artes liberales aut literas edoceri cureret. Omnes promiscue idiomate loquuntur ex veteri corrupto sed aly alia oratione: eorum tamen vocabula maiorem habent affinitatem cum leguimo Greco idiomate, quam Italica voces cum Latinis. Urbium que Venetis subsunt incola, Italianam lingham perinde callent atque Graciam: at rusticis, sola Graca viuntur. Gracorum qui Turca dominio subsunt, eadem est ratio: na qui maiores urbes incolunt, Turcice & Gracè loquuntur: rusticis vero, densusat Gracè. Greci rerū proprias nomenclaturas adhuc retinēt, praeterquam in locis ad quae extra nationes frequenter comiuarunt, ac multo magis in urbibus maritimis, quam mediterraneis. Nam quum iam diu cum exterioris, tñ Turcis sum Italis commercia exercuerint, dictiones ab his mutuatis sunt, quas cum vulgaris sua lingua commischarunt: quod verū esse probabimus, du plurimos pisces, qui paſsim circa Cretensis insule litora capiuntur, nominabimus. Nā pisces qui veteribus Sphyrena dicebatur, quemq; Smyrna & Lesbi incola Sphyraea nominant, Masilienses vero, quod gubernaculicano similes sit. Pes escome, vulgaris greca lingua, ad Italorum imitationem à Cretensis Lucro marino, hoc est, Lncius marinus appellatur: idq; ad differentiam veterum & Asselli, ab illis nunc Gaidero psaro nancupati. Similiter Gracie provincia Turca subiecta, veteribus Gracie nominibus immutatis, noua turcica receperunt. Exempli gratia pisces proponamus, quem Barbium vocamus, cuiq; antiquitus Myſtus nomen fuit, cum nunc Mustachato, dictione partim Italica partim Turcica appellat, quoniam mystaces habet. Car-

pans

pam nominantes, que Cyprinus ab eis nuncupari solebat, Sasanbaluk nunc appellant. Idem etiam Turca fecerunt, à Gracis multa vocabula mutuātes, ut res quas in Graecia inuenierunt exprimerent, quarum neque appellations neque notitiam habebant: nam peculiares quosdam Gracia pisces nominantes, sua lingua Ganos baluk, & Chella baluk, hoc est Glanis pīscem, & Anguillam pīscem dicunt: baluk etenim illorum lingua pīscem significat. Sed illud mirum videri non debet: nam exteris ad ea loca peruenientes, in quibus aliquid inveniunt, cuius proprium nomen sua lingua exprimere nequeunt, cum nona vocabula effingēti auctoritas illis de sit, ab inquiniis nomina mutuari possunt. Quemadmodum facere solemus in animalibus & aromatis que ex Indis adferuntur, qua nominibus, ipsis apud suos inditis, appellare consuevimus: ut ex parvo animali constat e.g. Bresila delato, & Tatoou nuncupato, erinaces forē generis, veteribus ignoto: sed à nōnūlis qui eius exuum fano suffultum (diero etenim corio integratur) viderunt, Ichneumon credito. Erronea tamen ea est opinio, quandoquidem hoc animalculum cum Ichneumoni natura nihil commune habet. Nōnne ipsi met Galli, quasdam voces abs Arabib[us] mutuati sunt? Nā veterū Cedriam Cottan vel Cattā dictione arabica nominant. Nullus est nānium aut lemborum architectus, qui eam ignoret, atque picandis stipandasq[ue] nāribus viilem esse nesciat. Nullus est ferramentarius, qui eam in sua officina venalem non habeat. Et licet Greci non perinde constanter rerum eandem appellationem in una re gione seruent, quemadmodum in alia, plurimum tamen ad veterum dictiones accedunt, praeſertim in rebus quo propria habent nomina.

C A P.

Gracos qui exterorum Principum dominio subiecti sunt, ad ipsorum Principum quibus parent, titus & viuendi coniunctitudinem sese compoſere.

S C I E N D V M eſt præterea omnes Gracos eadem vulgaris lingua non vlt: nam in una provincia purior ea eſt, quam in alsa. Et quia accentus in omnibus non conueniunt, pueros Pera Constantinopolitanae urbi contigua incolas sapienti audire meminimus adueniarum idioma residentes: ito ipsi etiam viri sese mutuo rident, quemadmodum Galli picardicam linguam, aut alias qua pura gallica non sit, imitantes.

Hominum grecanico modo viventium ritus generaliter descripturi, opifices & rusticos à nobilibus & ciuibus se iungere voluntus. Nam qui opulentiores sunt, & qui autoritatis titulo delectantur, vestibus viuntur consuetudini ipsius Principis respondentibus. Qui Venetis subsunt, Venetorum vestimentur more: qui sub Turca sunt, Turcicu similes uestes gestant. At vulgus utriusq[ue] partis, sine insulari, sine continentem incolens, antiquitatis nihil retinet: nam promissam plerumque gestat comam, anterioremq[ue], capitis fronti imminentie pariem tondere solet, duplicatog[ue] & crasso pileo utitur. Insulani easdem fore in religione obseruant ceremonias, præsertim Cypry, Rhodi, Lemny, Cby, Imbroſy, Thasy, Pathmy, Coi, Lefby, Corcyrenſi, Zacynthi, Naxi, Cretense, & alijs qui Christiana fidem retinent, tametsi sub Turca dominio degant, quemadmodum & reliqui continentis Europa & Asia incole. Omnes generaliter passa suppellectile, uti Turce, contenti sunt, nec supra plumbos lectos cubant: sed culiculas sine centones lana aut panni consura suffultos subterraneo solent. Odiosum omnes censem vinum aqua diluere: & etiamnum poculis sese inuitat, præsertim Cretenses.

tens. In eo autem à Germanis discrepant cùm sese matto provocat, quod Germani magnis poculis plenis, haustibus, Greci verò minutioribus & frequentioribus poculis generosissimum (Creticū sive maluaticum bibunt. Eam ob causā apud veteres gracari (quemadmodū & nunc) dicebatur pro inevitari. Sed quoniam graco more bibendo, ceremonia quadam obseruantur, eas hic adiungere vi sum est. Gracorum mensa humiles sunt admodum; atque ex ordine (minime eum confundentes) bibere solent: quod si quis preter ordinem vinum postulareret, incivilis habetur. Qui in suādendo vino agilior & expeditior est, vini cantharum tenet, atque omnibus infundit. Moris est ē vitro pusillo pede carente bibere, & quidquid infusum fuerit evacuare, ne minima quedam vini guttula in eo relata. Non nunquam germanico more ad pocula sese mutuò innuitant, tum sese mutuò amplectuntur, & dextras prebent, quis deinde osculantur & fronte admovent, positemò oscula male utrique figurant: at tum nullus in bibendo seruatur ordo. Et quoniam generosa vina minutioribus haustibus bibentes, sicut sibi conciliant, vas aqua plenum perpetuo apud se habent, & quo magnis haustibus aquam bibunt, ut sicut sedent. Mulieres eorum symposis non intersunt, neque accubant cum simili coniuantur. Fuit verò hic mos apud eos ab omni sacculo: cuius testis est Macrobius antiquus autor. Fuit & similis consuetudo ipsius tempore Romae, qualis in Gracia fuit Platonis aeo. Nam idem Macrobius libro secundo, capite nono, recutans ea que Plato scripsit, inquit: Et nō magis inter minuta pocula, &c. Primis mensis post epulas iam remotis, & discursim variantibus poculis minutioribus, solerū cibis quum sumitur tacitos efficere, potus loquaces. Paulò post addit Partibus in symposiis uxores minimum admisisse, sed solas concubinas: sed hoc ex Herodo-

to defuspsit: sic inter pocula, res serias tractarinon vult. Vetus mortuos deplorandi consuetudo apud Ethnicos, etiamnum hodie perdurat in Graecia, Epiro, Bulgaria, Croonia, Scruia, Wallachia, Jlyrico, Dalmatia, alijsq; provincijs Gracos ritus obseruantibus. Sed res magis ridicula est quam vt credi queat: nam sublato aliquo ē vino, mulieres designato quodam loco conueniunt, & a summa diluculo vntulare incipientes, pellora tendunt, malas laceras, crines velunt, ut spectatori commiserationem exercitare queant; atque vt melius pompa procedat, feminam conducere solent bene vocalem, & crassiore reliquo voce intonantem, ut pausa & accentus facilius intelligi queat; sicque emlatum continuant, laudes defuncti ab ipsis usque natalibus ad eius interitum continua serie enarrantes. Accidit plerumque in hoc luctu, ut mulieres sese serio verberent, atque virgines totam faciem ungibus lacerent. Et tamen si Venetus Senatus, qui plerisque locis dominatur, ubi incola hanc mortuos deplorandi consuetudinem habent, ut in Corcyra, Cypro, Creta, aliquando vetererit, ne amplius graco deplorarent; attamen inde minime eam deseruerunt: nam ipsi etiam viri aliquid sibi decedere hoc edictō existimabant. Moris est de Graecorum uxores in publicum non prodeant: attamen si quae formosa sit mulier in ea urbe in qua mortuus defletur, sua forma præstantiam demonstrans datum sibi occasionem gaudebit, dum reliquias per urbem comitantur: quandoquidem passis capillis arque nudato pectori thermatum incedere solent. Ad hoc spectaculum conueniunt etiam viri, ista saltēm oblectatione fruentes, quod vicinorum uxores & filii pro suo arbitratu conspicere queant, quas aliqui alio tempore vice videre liceat: vernum quidem est homines diversis de causa ad huiusmodi spectacula confunere, quoniam alios stimulat zelotypia, alios impellit amor.

Celebriorum insulae Cretae locorum obseruatio.

PRIMARI I tres Creta montes vetera nomina immutarunt: nam qui olim Leuci vocati sunt, nunc de Madata, alias la Spachia appellantur: Ida iam Phloriti dicitur: & Dicta nominatur Sethia, & quibusdam locis Lafti. Adeo celsi sunt, ut nix tota hieme eos operiat: tametsi Cupressi hinc inde inter saxa conuallium nascentur. Huius insula ambitus quindecies centena & viginti passuum milia continet: & quoniam adeo frequentes in ea sunt montes, rara sunt istuc campestria. Itaq. multa sunt inculta loca, qua tamen non minorem censum adferat dominis quam fertile solum: quoniam pecudes uberes pastiones istuc inneniant. Ister magnos greges alunt Striphocheli, arietum & caprarum, qui illis ex caseis & lana singulis annis magnam pecunia vim reddunt. Ex Ida montis summo vertice, mare insulae utrumque latus alluens facile conspeximus. Non immerito Cretenses olim Diana fucere dicati: nam etiam hodie veterem consuetudinem sequentes, natura impulso & ab ipsa pueritia Scythico arcu se exerceere solent: quin & ipsi pueri in cunabulis si irascantur & eiulent, ostensio illis arcu, aut sagitta in manus data placantur: propterea ipsos etiam Turcas arcus taculatione superant. Quemadmodum autem antiquitus strenui erant in pugnis marinis: sic etiam nunc adeo dextri, agiles & strenui sunt, ut e suis nauiculis quas Squitaces appellant, magno animo hostibus resistat. Hac ideo referimus, quoniam experti sumus, & vidimus illos a Piratis oppugnatos inter Zacynthum, nunc Zante, & Cetigo, olim Citheram, tam fortiter pugnantes, ut binis myoparones, etiam in malacia, parvam Cretensem nauticalam adgredi cominius non sint ause. Hec Insula Creta difficile vi oppugnari potest, nam cum ad eam nullus sit aditus

aditus nisi per mare, & incommodos habeat portus, minus propterea est. Verum quidem est urbium & castellorum murus ciuitatum incolis non deesse commodos portus, ut in Canea, Candia, Setia, Voulismensi, Chisamo, Selino, Spachia: sed praterquam in predictis urbibus, rari admodum sunt in litore portus: & quotquot illi sunt, procul ab urbibus absunt, e quorum numero unum dunitaxat in tota insula commodum nouissimum, la Suda nominatum, qui pane Caneam urbem est: in quem Ariadeni Barbarossa cognominati tretemes appulerunt, postremo quod Turca aduersus Venetos gestit bello. Sed, ut dictum est, re infelta, imo vix conspecto quidem hoste, militem in tretemes recipere coactus fuit, cum pauci essent numero, & ob loci incommoditatem. Tres solummodo celebres urbes nunc sunt in insula Creta. Primaria Candia nominatur, olim Matium, a qua universa insula appellationem desumpsit. Amplitudine secunda post Candiam, Canea vocatur, olim Cydon, a qua cotonea mala cydonia dicta sunt. Tertia est Rhethymo, quem veteres Rhithymnam nuncupabant: paulo incommodiorem habet illa portum pro nauibus & triremibus, quoniam minoribus solum nauiculis aditus in eis patet: at Canea & Candia commodissimos habent, pro omnibus nauium generibus, atque egregie clausos, & ab omnibus ventus tutos. Hec de tribus primarius populosis urbibus: de castellis autem hinc inde per insulam sparsum transcursum agemus. Voulismeni castrum olim Panormus dictum, adhuc integrum est, inter Cytiam & Candiam ad latus maris in edito situm, ad cuius latus finistrum horrenda est maris vorago. Cytia, olim Cyseum, quartum est Crete propugnaculum: nam oppidum onusillum est, populo sum tamen ad infimam insulae cuspudem, e regione Rhodi, ut centum dunitaxat milium passuum inter se inter Rhodium & Cytiam urbem. Duo sunt praterea alia castella in summo capite insule. Vnum mare agemus.

pellans ad Septentriōnem, Chysamo nunc, olim Cyssum appellatum, omnino ferē dirutum, cuius tamen veteres muri adhuc integrī permanent: sublimi loco non est situm, sed humili, telesactū à littore. Dimidio à Chysamo milari, versus Canopata, vel Capo syada, vetera cunctis adhuc urbis rudera in colle sita inueniuntur, dimidio à mari milari, ubi adhuc murorum restant vestigia, & tantu[m] elegantium cisternarū numeris, ut nemo sine magna admiratione eas contemplari queat: incole Paleo Hellenico castro appellant. Portus muri qui iam ferē arena appleti sunt, magno indicio sunt, eam urbem antiquitus puisse potenter. Ex aduerso Chysamu, insula transversim dimensa, aliud est castellum in colle situm ad maris littus nomine Selino. Aliud est præterea oppidū Spachia nominatum, quod maris non est cinctum, sed edifici: hinc inde sparsis magnum quendam pagum efficit ad celissimorum montium, olim Lencii nominatorum, nunc v[er]cō de la Spachia, radices in declive situm: ibi parua quedam arx solimmodo est extorta aduersus piratas per fugitum, in qua præfetus vix commodam habitationem habet. Huic pauci incola bellis scientia & sagittandi peritia reliquos insulanos longe superant: deliciantur propriece validioribus arcubus, quam reliquarum prouinciarum incole. Quidquid olim de Creta summissum dictum sit, persuaderitamen non possumus, unicum in tota insula reperi quinavigabilis sit, aut parvam solum nomenclam ferre posset. Certum est multos inueniri magnos rinos, in quibus sponte & sine cultura Colocasia crescit: quod mibi non mediocrem admirationem attulit tantam eius quantitatē istic conspicentes. Inueniuntur & in illis summiiles cancri. Aēris tempestes, & ritorum fluentia commoditas occasiōne præbent incolis cultissimos hortos instruēdi: & elegātia vires, caq. magna quantitate, qua illis magnum censum adserunt. Horum nonnulla adiō amano loco sunt,

sunt, ut eorum contemplatione nunquam quiesciam tēdeat, præsterrit in possessionib[us] nobilis cuiusdam Veneti, cui nomen Dominus Joannes Franciscus Barozzo, qui nos in omnibus suis prediis & villis honorifice excipi erant, & quem illa regione singularia erant demonstrati. Creta maxima ex parte sunt consita amygdalis, oleis, malis punicis, ziziphis, sicut, alioq[ue], fructifera arboribus, inter quas vasta magnitudinis aurea mali, citrici, & Adami poma que ferunt, è quorū fructibus Grati succus exprimit, eaq[ue] dolia implēti, quibus suae naticulas Squirates nuncupantes onerant, eaq[ue] Constantiopolim, vel in alias Turca subiectas pronuncias uobant; eo enim succo Turce plurimum in cibis utuntur agresta sine ompha- ci loco: sed & in iisdem officiis ex diuīso venalis reperi- tur, in quibus salamenta & garum prostant. Nonnullis Creta locis prouenient Palmē cam maiores, tunc pumiles, præsterrit ad rim cuiusdam ripam qui ex fonte quodam decurrit in aqua salta & surgit, quē Cretenses sua lingua Almro nuncupant: sed non sunt fructifera; celum enim Cretense nimis frigidum est pro Palmis.

C A P . VI.
De Pseudolabyrinto Cretensi, & ruderibus quarun-
dam urbium eius insulae

L A B Y R I N T H U S qui nunc in Creta conficitur, non is est cuius Veteres meminerint. Nā qui nunc ostendit, ad radices montis Ida vulgo Psiloriti nuncupatis- tui est: quin nihil aliud quam Latomia fuit: omnē stameret Crete incole eam adulterino Labyrinthi nomine demon- strare norunt. Latomia fuit solida admodum & elegantis saxi, è qua lapides diversi locis exempti sunt, cum Gorti- ne & Gnoi urbibus edificia extruerentur, que olim pri- maria totius insulae urbes fuerūt, ut ex earam ruderibus apparet. Quemadmodum autem maorem Pyramides & Egyptiacam Busridem nuncupatam accessuris è pro- ximo illo pago duces sumendi sunt, qui viam demonstrant.

& in ipsa Pyramide prouinciat: sic duces ē pago quodam,
ubi olim urbs Gnos fuit, huic Latomie vicino, sumenda
sunt, qui viam ingredi Latomiam voluntibus demonstrat.
Verum quidem est multos inesse meandros nunc hac nāe
illac, modo ad dextram modo ad sinistram sēcē contor-
quentes, quales in arte elaborato Labyrintho esse pos-
sent: at illud dant auctoratē provenit ē locorum, unde lapides
exempti sunt, causis: quod probari potest ē vestigii & orbi-
tis rotarum, atq. ē lapillis hinc inde muro inclusis ad via-
latera. Cortine ruderā admodum sunt magna; at nūne
ad huc conspiciuntur paucē quedam columnas rectas, solo
infixa, & exiguis quidam pagis vulgo Metaria dittus.
Murorum lapides, quoniam elegantes & quadrati erāt,
omnes ex iam dicta latomia olim excisi, anecti fuerint, id-
quē facile, quoniam mare nō procul inde abest. Est etiam
torrents ē monte delabens, quem ē existimō qui Strabo-
ni & Solino Lethyus nominatur: is uado transire potest,
nec ponte vel cymba opus est. Est etiam aqueductus ad-
huc integer quem magna fornices sustinent, plurimarum
molarum rotas versans. Frequentes item sunt Platani in
valle ubi fons scaturit: sed nulla bieme folia retinent. Per-
sistunt adhuc inter ruderā quidam validi arcus & muri
cuīdam templi, tum etiam multa fornices tenaci cemen-
to & latere costructe supra ruinum Lethyus, que nostra
opinione falsa sunt ut locum planum & aqualem reddo-
rent, ad instituendum urbis forum.

C A P . V I I .

Quæstionē Cretenses Ladaniū colligant.

INTER memorabiles res que in Creta obseruari pos-
sunt, est colligēdi Ladani ratio, quod ex primarius medicis
mentis est, nostra suffumigia sine odoratos pastillos ingre-
dientibus. Non colligitur ē Ledo, ut veteres affirmarunt,
sed alia arbustula Cisto nuncupata, cuius tanta est abu-
dantia, ut eius regionis montes isto vestiantur. Natura
ea est,

est, ut descendentibus floribus vernis, abiectisque liber-
nis solis, nonis frondibus amiciatur quasi lanugine pube-
scētibus in proximam oīlatem, que per Solis astus vil-
ginoso quodam rore pingueſcant: quoque ardētiores sunt
calores, tanto abundantior ille ros solis innascitur. Inne-
tatur Cisti genus incultus Oysē locis, ducatā Cenomanā,
sponte nascent, praeſertim circa pagum Foulemonarte, apud
Soulletiere (natali nostrī locum) omnibus notis Gracan-
correspondens, præterquam quod Cenomanus cistis pingui
rōre non oneratur, quemadmodum Gracanensis: sed illo
etiam longe minor est. Greci colligendo Ladano peculiare
instrumentum parant, vernaculo sermone illus Ergastiri
dictum. Est vero id instrumentum rāstro dictum exper-
ti simile; huic affixa sunt multa ligula sine zone ē corio-
rudi neque densato sine preparato conficte. Eas teniter
adfricant ladaniſeris fructibus, ut illis adhucce liqui-
dus ille humor circa folia concretis, qui deinde ē lignis
per summos Solis ardores culteris est abradendus. Itaque
Ladaniū colligendi summus, imo intolerabilis est labor,
cum totos dies summo canicule astu in mōribus herere no-
cesset: neque vero facile quisquam aliis ad id colligen-
dam operam sumit præter Calobieros, hoc est, monachos
Grecos. Nusquam autem maiore copia per totam insu-
lam cogitur, quam ad montis Ida radices, pago Cigalisa
nuncupato, & apud Milopotamo.


C A P . V I I I .

De pisce Scaro in Crete littoribus admodum frequenti, aliis
tamen regionibus rāste.

PISCIS est mali barbati magnitudine, Crete ad-
modum familiaris, Scarus dictus, cuius veteres Antiqui
ſepe meminerunt: nā apud Romanos alius in deliciis fuit,
primarium locum inter reliquos pisces facilē obtinens. In
nostris ſine Oceanis ſine mediterranei maris littoribus con-
ſervari ſoleat, & aſſerere audemini, neque in Preponide,

neque in Hellestanto, neque in Euxino, neque in Adriatico innueniri: nam cum istic fructu frumentum. Atta-
men adeo frequens est in nonnullis Creta littoribus, ut
nullus alius vulgarius capiatur. Quoniam vero eadem in-
sula regione, eademque fere quo Ladanum colligi solet tem-
pore, innuenitur, & quod eius maxima capture incitat in
tempore quo Ladanum colligitur: contigit ut eadem pro-
fessione utrumque obseruaremus, idque casu potius &
fortius, quam dedita opera. Iam multo tempore in insula
deseruimus, & tamen quoniam commodo tempore eo non
veneramui, neutrum videramus. Sed cum nauem con-
scendissimus ut ex Rhetymo ad Candia urbem nauiga-
remus, piratae nobis vela facientibus obviis facti, compu-
terunt ut fugam capeferemus ad litus inter Milopotamo
& Cigalinos. Quo appulsi nauta, deserta nauis, in mon-
tem profugerant: quoniam tamen piratae suas nauis egre-
di non solent, ut eos qui in terram fugiant persequantur,
direptis solum nostris impedimentis, abiuerunt relicta istic
noltra nauicula, & alii nonnullis qua tollere non potue-
runt. Nos vero perieristi, per montes currere non desis-
mus, donec Calobierorum monasterium in valle iuxta lit-
tus sum perueniremus, ubi tunc nassas subleuabant quas
ad capiendos Scaros retenderant. Et quia istic aliquot
dies hysimus, satis nobis oculi fuit, ut cur hi pisces alibi ra-
ti, istic adeo frequentes essent, percontaremur. Comperi-
mus Scarum piscem saxatilem, praterquam quod inter
rupes & saxa versari gaudet, alimento ipsius ventriculo
conuenienti etiam opus habent: it autem est pusilla quedam
herba alibi non nascent, cuius cum Scarus admodum sit
appetens, libenter in ea insula parte versatur, ut eam depa-
scatur. Calobieri igitur, aliisque locis rusticis, Scaris na-
turam non ignorantes, & quia phasiolorum planta delebetur,
eam in agri serunt, & escam ex ea parant ad Scaros ca-
piendos, folia (reservata in suum usum lobis) interdu-
nassis

nassis imponentes, easq; in mare demittentes, quas Scaris in-
gressi, capiuntur, alias difficultus fore eorum pescatio: nam
linea aut sagena rarissime capi possunt. Quoniam autem
Phasiolorum herbam Scaris deo carunt, vulgo eam Sca-
ronotano appellant. Scaris gregatum natant, uti Salpe, &
multis barbatis sunt colore proximi. Omnes Scaris notat his
recensere minime necessarium est: eis enim satis fuit cum
reliquis pisibus descripsimus. Sed tamen notatu dignum
quidpiam pratermittendum non diximus: cum enim in
hoc figura usq; in multa noctem ieiuni fuisset, Calobie-
rus Scarum attulit ipsorum more veru infixum & cocti
(solent enim lignos veru in ore infixos per corporis longi-
tudinem eos tercibrare, & supra prunam assare) qui quo-
dammodo ridentem hominem ementiebatur: nam Scarus
detes more humano dispositos habet, cumq; labra ignis ca-
lore contracta essent, hominis ridentis os quodammodo re-
ferebant. Preferre in hoc pisce, herba quam depastus
est, cuius magna in ipsius ventriculo semper inuenitur co-
pia. Febris illi magnum est, ad ieiunium illi faciendum ac-
commode: nam cum ipsi intestinis, sale, & acetato tritum,
gratiorem reddit totum piscom. Ut autem quisquis intelli-
get de quo pisce egerimus, illius effigiem hic adposuimus.



CAT. I. X.

Varij genesis auium in Graecia obseruatorum gallica nomi-
na cum veterum appellacionibus collata.

Vt peculiariter de auibus nunc ageremus, noscò im-
pulit, quod parua nauicula inter Zacynthum & Cythe-
ram non vere nauiculis, varia auium genera ve-
lande

Lando defessa apud nos confederunt, quas vulgaribus nominibus exprimere tum didicimus. Sed cum eas semper libris prolixè descripsimus, de singulis dumtaxat aliquid nunc agemus. Quoniam porro non ignoramus plurimos dubitare, an animalia in oriente degentia eiusdem magnitudinis & forme sint cum his que apud nos conspicuntur, eos docere volumus, similia esse omnia quadrupedum, avium, serpentum, piscesum, & plantarum genera, in qua in nostris provinciis habentur: atque si illa est differentia, eam in toto genere conspicuam inueniri. Verum quidem est multa genera istuc esse nostris ignota, que Veteres propriis nominibus appellabant, quorum cognitionem ut adipiscamur, elaboramus. Quo modo igitur Germanus, Gallus, aut alterius nationis quispiam nomen vulgare in sua lingua reperiet, quo peregrina avis appellationem exprimat, si ipsius regio ea careat? Eius exemplum proferemus quam Graci Meropem, Latinu Apiastrum nominarent, Creta adeo familiarem, ut nullo non loco volare conspiciatur, attamen alibi adeo raram, ut ipsissimi Graci mediterranea incolentibus ignota sit. Vix unquam in Italia volare vise est: attamen Galli, Germani, & ali Europei, Gallorum Mesange, Meropem esse censuerunt, tametsi hallucinentur. Nam Merops avis est Sturni magnitudine, esui minime apta, Alcioni, quam nos Galli Martinet pescheur nuncupamus, ferè similis. Cretensis amplius non dicitur Merops, sed Mellisophago, dictione Latina Apiastrum quodammodo respondente: nam volans in aere apes depascunt Hirundinum instar. Solus non volat, sed gregatim, & præsertim secundum montes, in quibus genuinum Thymum prouenit, ut apes aucupetur, à quibus appellationem sumvit. Locet autem Gallorum Mesange, quam Graci Parum vocant, Itali Sparnacolo, multum illis damni inferat, & Rubeline si-

ue Gorge rouge, Rubecula Latinis, Pettorosso Venetis dicta, apes uoret, neuis et tamen & Apiastrum nomine adepta est, quemadmodum ballenu existimatum est. Ut vero hunc errorem tollamus, veram eius figuram hic proponere libuit.



Elegatissimo colore prædicta est hac avis, nec minus florido quam sit Tisitaci color. Procul auditur enim vox illi sere similis, quam vir ore in rotundum clauso sibilans caneret gralgraruururul, nec minus sonata qual' ireonis, Loriot Galii dicti. Eius singularis eleganter pueros Cretenses inuitat ut cum cu cicadas venetur, quemadmodum & maiores hirundines Apodes nuncupatu. Eum autem bac ratione venantur: aciculam hamam in larva incurvam per medium cicadam figunt, eamq; capite filo alligant, cuius extrellum manus retinent: cicada sic transfixa nihilominus in aere volat, quam conspiciens Merops, impetu in eam irruit atque eam devorat; at acicula incurva quam cum cicada devorant retentus capitur. Autem quia Gallus Coqui, veteribus Graci Coccis dicta est, Cretenses nunc De-

collo appellant: Decollo autem significat octodecim. Sic vero appellant, quoniam Coccix suo cantiu decollo exprimere viderur. Avis quā nominamus Bergeronnette, Latendre similis, Latinu Culicilegā, Vtices Kmpolopum, Gracis nunc Susurada dicuntur. Attagen vero Tagenari: licet nonnullis Attagas, quemadmodum & Constantiopolis. Cum vero Attagensem nostrā Canne-pettiere, quam Veterum Terracem esse arbitramur, admodum similem non erimus, aliquam notam perquisiuimus qua discerni possent. Cannepetiere autem deprehendimus plamosa non habere crura, ut Attage habeat (cui & rostrum nigrum, brevius atq. firmius; minor q̄ est quā Cannepetiere) alias colore non multū differunt, tametsi Attagen interdum variet: nam & omnino candida innenit. Nam esse existimamus quam Sabaudi sine Allobrogis Perdicem albam vocant, Plinius Lagopodem: nam omnino alba est, cruraque habet plumis onusta, ut Attagen, tametsi minores sint. Cum Venetiis essent apud Dominū de Moruilliers, Regis tū Legatum, vidimus Attagenses albas: Itali autem utrumque genus Francolin vocant. Quem Romani Tetraonem nuncuparunt, nunc vero Itali Galloedrone, Arverni Faisant-bruyant, Sabaudi Coc de boos, frequenter in celisorum montium Creta siluis conspicitur, capone duplo maior, macula rubra utrinque circa oculos ad tempora insignitus, ut Fasianus, cuius plume in pectore pre ingredine splendent, ut in palumbis collum: nibil albi toto corpore obtinet praterquam in alis, cruraq; habet plumosa, ut Attagen, perdix alba sabaudica, & Gelinotte de boos Gallorum.

C. A. Z. X.

Multarum aliarum avium Gracis nomina cum Gallicis appellacionibus collatae.

A V E S veteribus Gracis Cicile nuncupata, Latinis Turdi, nobis Grives, Mavis, Trastes, & Tourets, nunc in Grecia nominatur Schyropoulli, ac si Lentiscenas aves dicass:

dicas: & quoniam Myrti baccas etiam deuorant, à nonnullis Myrtopoulli. Sed tales aves plurimum damni inferunt, ubi olea conseruntur. Quem Aristoteles Viserorum adpebanuit, Galls Grande Grive nominavit, quoniam primaria est in suo genere, & reliqui major. Secundus Aristotelis Pilaris dictus, nostra lingua vulgo Litorne nuncupatur: magnitudine est Merula. Tertius quē Ilia-
cū nominavit, vulgariter Mavis appellamus: omnium minimus est, Sterni crassitie, in alarum complicatiōne & sub ventre nonnihil flauescens. Anem nobis Roitelet dictam vernacula lingua Trilato vocant, appellatione veteri Trochilos quodammodo respondent: quam ab altera minore probe distinguere norūt, ibis Tettigon dicta, Latinis Tyrannus, & Gallis Pou, Soncie aut Sourcicle flavius plamus utrinque in capite gestante, crista instar, que illis (ut nobis supercilia) oculos tegunt, unde hanc appellationem gallicam innenit; locutus am crassitie non superat. Gallorum Chouettes aut Choucas, quas Picardi Belgice populi Craves nominant, rostro & pedibus rubris. Aristoteles Corakias appellauit, Plinius Pyrrhocoraces frequentes sunt admodum in summis motuum insule iunges: Gracis nunc Schrapola vocant, Aristoteles Cyanos, & Plinius Ceruleus, quoniam in celorum montium scopulus degit, & Merula similis est; nomen nunc mutauit & Petrocoffopho dicitur: minor est Merula, & omnino cornuta, ad alendum in canea cantus gratia optissimus, habet etiam vocem Merula proximam. Nulum gallicum nomen illi indere possumus, quia apud nos non reperitur, ut nec in Italia, nisi forte in canae adserrentur: nam interdū pulchridis tolluntur, ut eos humana verba sonare edoceant. Quemadmodum porro Aristoteles tres Merula species agnouit: sic illi Merulas habent nigras & albas quas veseri Gracorum nomine Cossiphos appellant: tertiam preterea speciem cuius Aristoteles meminit, quam Galli petulans

culari nomine Merle au collier, id est, Merula torque-
tam dicunt, quoniam albam lineam habet sub gutture
versus pectus, collum omnino cingentem: eius magna fre-
quentia in valle Moretana, & per reliquas Allobrogic
valles. Quam multis Gallie locis Dixit, Litterie Vé-
neau dicunt, veteres Romani Parcum nominarunt, Ita-
li nunc Paoncello, vulgari Graeca voce ut antiquo nomi-
ne Aex appellatur, quoniam sepe capre modo vociferat:
Nonnullis Tacos agris, id est Panos silvestris nun-
cupatur, quoniam crista Passonis instar capitii immi-
nentem gestat, ut & Galerita. Nullae in Creta cinereas
sine minores perdices habent: sed alias rufibetes Gallina
crassissime, quas vulgo Coturno appellant, voce ut apparet
ab istris mutuata. Veterum Curruca, sine Gallorū Fau-
nette brune, nunc istic Potamida vocatur. Nobis affe-
xarunt, eam vulgo Cuculi pulli aere, licet plurime alias
sint que cum etiam alant: hac tamen peculiariter magis
quam reliqua aues. Non desunt qui Potamida, Gallorum
Rossignol, sine Lusciniā esse velint: atque ut ingensē fu-
teamur, nostra etiam fuit ea opinio: attamen postea de-
prehendimus Lusciniā istic Adoni aut Aidoni nunc
parti. Rossignol appellatione Gallis binas aues norunt, alias
memoralem, alteram muralem, que veterum Gracorum
Phoenicurus, & Latinorum, Gaz a interprete, Rutilus
est. At Potamida à Rossignol sine Lusciniā differt, pede-
que & rostrum plumbi coloris ad cinereum vergentis
habet. Gallis Fauvette brune, aut grande Fauvette di-
citur, ad alterius, quam ipsi Fauvette rousse nominant,
differentiam, Troglodytes veteribus dictam. Veterum
Gracorum Egotilax, & Latinorum Caprimulgus, in
Creta vulgo notus est, prater Solini & aliorum opinio-
num: quem quoniam per urbes noctu volat, horrendamq;
vocem emittit, Fresaye vel Effraye appellauimus: Inter-
du non magis videt quam Noctua, quam Galli Chene-

Che aut Chahnant nominant. Nonnulli Orfraye pronou-
ciant: sed id nomen alteri aut conuenit, Oifrago numirā,
enius mentionem libro de Animalibus faciemus in Nylico-
racis descriptione. Caprimulgus hic Cuculi sere magnitudi-
nem & crassitie est, & apud nos in celsis turribus & tem-
plorum foraminibus nidulatur: Cretenses autem in sco-
pedis mari imminentibus, ubi magnum damnum pasto-
ribus, qui Capras sub tellum noctu cogere non solent, infan-
tum, quoniam è caprarum ubeibus lac exungunt. Ordinatu b. Fastorum eorum meminit his verbis:
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vixiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntut lactentia viscera rostris,
Et plenum poto sanguine guttut habent.
Est illis Strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

Cap. xi.

Vetera & recentia, cum Gallica tum Graeca
multarum aliarum autium utmina.

IN TERRA omnes quas nouimus aves, nullam confexi-
mus quarum pedes quatuor digitos non habeant, preter
Pluvier, Guillemot. Canne-periere, Ostarde, & Pie
de mer, que olim Hematopus nuncupabatur. Kara
est hac avis in nostris littoriis, tametsi aliquando vi-
sa sit. Corpore est ardeole, Gallis Aigrette dicta; alias La-
ris sine Mouette Gallorum, & eorumdem Flambant, sine
Phoenicopteri Latinorum forma; rostro quatuor digitorum
oblongo instar Beccasse Gallis dicta (nam ob causam à
nonnullis Beccasse de mer etiam dicta est) sed à reliqua
rum palustrium rostris, quibus rotundum est, differentia:
nam huius planum est in extremo & mucronatum, &
aliquantulum nigricans, reliqua parte rubente: caput cū collo
nigrum est: migrare sunt & ale superius nisi alba pluma eas
trasuerfas secarent, unde Gallicam appellationem sumis
Pica marina; interior alarum pars & venter alba sunt:
extremis

30 P. BELLONII OBSERVATIONVM
extremitate cuncta nigra, eiusdemque cum Anate longis
tudinis: binos habet pedis digitos simul coherentes, inter-
ior vero ab aliis seunctus est: calcar in pedis calce
ut reliqua aquatice aves non habet: eius præterea pedes
molliores sunt & delicatuli, non seci & duri ut in aliis:
erura tris digitos oblonga, digitis breuer, unguile formica-
te ut in Tardis. Carne est insipida, dura, & admodum
nigra, gula maria, habet admodum magnam, amplam & ro-
bustam. Beccasse nostra, veteribus Ascolopace dicta, reti-
nuit etiam nomen nominis affinitatem quandam cum veteri
Gracorum appellatione: nam hodie Xilornitha ab illis ve-
catur, voce conformi cum Latina dictione Gallinago.
Alaudas Chamochladi nominant, & Palumbes Phaf-
sa. Magis proprium vocabulum non habent, ut Elorium
sive Corlic, exprimant, quos Macrimit, hoc est, oblon-
gus nasus. Graci vulgaribus dictiobus carēt, quibus tā
apie propriis nominibus aquaticus aves distinguere pos-
sint, ut nos: nam Sarcelles & Morilloni indifferenter ut
Cannies, id est, Anates appellant, nomine Pappi. Mergi
marini peculiare quoddam genus in Creta reperitur sub
aquis natans à Cormarant Gallorum, & à reliquo Mer-
gis diversum: Aristoteles Ethiam nominavit, Litoris
accola Cretenses Vuttamaria & Calicatzu appellant:
magitudine est Querquedula sive Sarcelle Gallorum,
ventre albo, capite, quod planum est, dorso, aliis & cuncta
nigris: nullū calcar in calce habet, quod illi soli inter reli-
quias planipedes aves peculiare est: eius pluma rufa aliud
sunt quam tenuissima lanugo firmiter cuius inherens: eius
rostrum utrinque admodum incidit, concavum & ferme
planum, lanuginine magna ex parte infectum, nigrum su-
perne, albū inferne. Fluminis ille minor Mergui, quem
Galli Chastagnoux nominant, Creta ignotus est. Galli
Gracorum sermone Assarandos appellatur, nomine satis

affinis

affinis illi quod apud Cenomanos obtinuit, Serrant. Latini
norum Fringilla, sive Gallorum Pinsons, nunc voce pro-
prijs a veteribus aliena Fringilari dicuntur, Veteribus Spi-
ze nuncupabantur. Veterum Oropiz, quas Montanus,
aut Pinsons d' Ardene vocamus, a Vulgari Fringilaro,
ex Italica Fringuello appellatione deducta, non discernunt.
Nostris Bruants illis etiam vulgares sunt: sed veteris
Graci nominis Anhi oblitis, Latinā Floris appellationem
vsurparunt. Vulgo etiam vocant Passerem Sporguitis, &
Gallorum Monette Layos. Veterum Pikkles sive Latino-
rum Carduelis, & Gallorum Chardonneret, ab illis Car-
dueliant Stragalino dicuntur: licet hoc vocabulum Char-
donneret conueniat alteri aut quam Greci Acanthin, La-
tini Spinum nuncuparunt, nos vero Serin dicimus, ipsi
nunc Spinidia. Nella avis in Creta frequentior Gallo-
rum Tiuone, que per vespes & dumos volat: quoniam au-
tem amicta est capite, cuncta, & aliqua corporis parte
nigris, plerique vulgo Assproculos nominant, hoc est, albus
pedes. At hoc nomen non recte illi tributum est: nam alio
est avis qua apud Gallos hoc nomine Cul blanc peculiariter
insignitur, Latinorum videlicet Vitispora, & Graco-
rum Ocanahe. Nonnulli Gallorum Pisone, aptiore vo-
cabulo exprimit Melanocephali, hoc est, Caput nigrum:
Veteribus Grecis Melancoriphos dicta est. Latinus Ari-
capilla, eadem cum Zikalu, quā Galli Papafighi aut Bo-
cafighi nominant, Latinus Ficedulam. Veterum Ortiga-
metra, hoc est Coturnicuum mater, rara est in Creta: sed
reliquis Graecia prouinciis non minime frequens, quam in
Italia aut Gallia: nonnullas notas cum Coturnicibus co-
munes habet: & quoniam hoc vitium habet ut commode
volare nequeat, natura illi celerrimum cursum tribuit:
Galli Rasle appellant, Itali Regem Coturnicū. Quoniam
vero nigris est, & in aquis perpetuo versatur, quodammodo
similis est Gallina aquatica, Italica Fohlica dicta: mi-
nor

nortamien est, neque adeo nigra, sed albo colore in aliis & lateribus variegata, canadæ subtus rufa, & ut in reliquo aquaricis aubus brevi, rostro binorum digitorum longitudine sed si cum Becaſſe, Chenalier, & Corliz Gallorum roſtris admodum oblongis comparetur, breui: Vultures, Aquila, & Falcons in Creta ridos exſtruunt, non in querubus aliisve arboribus, ut reliquo aues ſolent, ſed in ſcopulis mari imminentibus & propendentibus, locis admodum difficultibus & precipitibus. Vix confici queunt niſi e nauibus & mari. Itaq. cum eorum pullos habere volunt, longo ſine opus eſt ſecundum ſcopuli longitudinem demiffo, cuius caput palo in montis vertice terra inſixo firmiter adligatum fit: per cum rauſticus quidam ſe demittit, donec ad Vulturis nidum perueniat, deinde per eundem ſanem denuo in altum ſubit. Vel puerum magno corbi impoſitum ex ſummo ſcopulo demittunt: cumq. ad mānū peruenit, pullos eximit, eoz, corbi imponit, quem poſtea rurſus ſurſum attrahant. Vultures tum farci, tū nigri, Creta montes incolant, in quibus greges paſcuntur, agnosq. & hædos, tum etiam lepores, ſi quos in aperio deprehendant, rapiunt. Idecirco pastores iis capiendis inrigilant ob quæſum: nam alas iis qui ſagittas conſiciunt, vendunt, et ſuas ſagittas plumis exornent: cutem autem detraillam pelliōnibus qui eam ad paratam magno vendunt. Falcons vulgo Falconi nuncupant, licet Aucupem Hieracari, voce ex Hierax dedulta, que omnibus rapaciib⁹ aubus cōmuniſ conuenit, quas propriis nomi⁹ aubis tam aptè diſtinguere non norunt quemadmodum nostri Aucupes: nam Sacre, Autour, Gerfaul, Lanier, & Turcelet enī Falcone apud illos conſauduntur, nulla ſpecierū diſtinctiōne facta. Milini ſeu Gallorū Milan, quē veteres Ichtyño nuncupare ſolebāt, nunc apud eos Licadurus dicitur. Sed quoniam de omnibus aubis in alio opere egimus, in quo ſingulorū effigies exhibemus: nūc de iis plura dicere ſuperſedebim⁹.

Inſecti cuiusdam Cretæ familiatis Phalangium nuncupati deſcriptio.

CRETENSES Phalangia appellare norunt Sphælangi; in ſella ſunt parua, admodum pernicioſa. Araneo paulo maiora, olio pedibus prædita, utriq. quatuor ſinguli pedes ſeu crura quatuor articulis conſtant, binosq. vngues habent incuruos: bina utriq. crura anteriora illis data ſunt ad progrediendum, bina posteriora ad retrocedendum, obliqua in terra foramina inhabitant binos pedes alta, qua retrocedentes ingredi ſolent, atq. cibum ita attrahunt: adiutum foraminum que inhabitant stramine muniunt, ne obturantur, ſed aperta maneat. Corpore ſunt ſuperiore parte cinereo, binis rubentibus maculis anteriore dorſi parte inſignito: in uera autem, nigris maculis notata conſpicuntur ea partie qua ſinguli pedes corpori inhaerēt: venter fluet. Si quis autem ſcire cupiat qua parte nocere queat, eorū os intuatur, & binos parhos nigros aculeos deprehendet, ſus ſimiles quos Scolopendra obtinet, quibus mordent atque cibum retinēt: telas Ara-neorum more teſſunt, muſcisq. & papilioṁbus reſcutur. Circiter ſexaginta ora ponunt, & peltori adherentia fore ſolent, pullosque excludentes ventri inhaerentes gerunt donec adoleſcant. Piloſo ſunt corpore: quoniam autē magnitudine diſerunt, foramina pro corporum magnitudine excauant: variare autem inter ſe pro Insularum diuerſitate obſeruauimus. Immortale eſt diſſidiū inter exiguum hoc animal & Veſpa cuiusdam genuis à Latinis Ichneumon vocitatū: quod libro ſecundo, ubi de Ichneumone Egypti agemus, ex noſtra obſeruatione deſcribem⁹.

De Hirci ſeti quodam genere Cretæ familiari, quod Galii Bouc-eltain appellant.

INSVLA Creta Lupis caret; eam ob causam magna cum ſecuritate animalium greges nocte in artis paſci finunt, praefertim cuius & arietum Striploceri ab illis

appellatorum. Si insulan. Hirci feri, quem Galli Bouc-
estani noncupant (quorum istic magna et copia) hædos
capere quent montibus oberrantes, eos cum domesticis
seu ciceribus caprius edescant, ut deposita feritate mite-
scant. At feri, us cedunt, qui primi eos apprehendunt aut
occidunt. Cicerem capram magnitudine non excedunt;
sed non minus carnis obtinent quam Cerat, similibus pilis
fulvescentibus & brevibus prediti, non caprinis. Mares
prolixam nigrum entem barbam gestant, quod nulli alteri
animali Ceratibus pilis predicto accedit, praterquam (ut
arbitramur) Hippelapho. Snelante canescunt, & secun-
dum dorſi longitudinem nigrum lineam excurrentem ha-
bent. Hunc etiam nostri montes alunt, presertim precipi-
tis & accessu difficultib[us] locis. Admiratione profecto no-
raret, tantulum animal adeo grauia cornua ferre, quo
aliquando manibus trahimus quaternos cubitos lon-
ga: tot autem transuersos radios habent, quot hircus &
capra annos natu sunt. Dno eius diversa innenimius ge-
nera, ut ex cornibus Cypro & Creta delatis demon-
straamus, que Domino Ioanni du Choul, montium La-
gadunensis agri Prefecto reduces dedimus. Illorum vena-
tioni aliquando interfuius. Rustici quidam in summis
Creta montium iugis inveniuntur adio incendi periti,
presertim circa montem Spachie & Madara, ut rixam
quunque passuum interhallo eos ferire queant: capras vero
a se educatas, & a parvulis ciciratas, loco quodam in monte
alligant, qui mares transire solent. Sagittarius vero inter
vepres scorpius latitat adverso venio, cu[m] no[n] ignoret Hir-
cum alias centum passuum interhallo odoratus perceptu-
rum. Mares feminam inueniens, consillit, tum rusticu sagitta illi petit. Si Hircus leue acceperit vulnus, aut ali-
qui sagitte ferrum vulneri imbeserit, illico sibi mederi no-
nit: nam ad Dittamum confugit, herbam Crete scopu-
lis inhaerentem, quam depascitur, atque hac ratione bre-

ni curvatur. Mirabilis est hoc animal, eiusdem eum
Caprea natura: nam ambo in asperis scopulis & adiu-
difficilib[us] degunt: at Hircus ferus ex scopulo in alioum
desilire solet sec[undu]m etiam passuum interhallo distantem,
quod qui non viderit, difficile admodum credat. Quo-
niam porro iis locis fumis, ubi eius veram & genui-
nam effigiem nancisci possumus, eam ad vinum expre-
sem hic possumus.



CAP. XIX.

De Cretensi atlete Strephiceros nominato: disceptatio pri-
terea quedam edocens quid sit Unicornu.

ARIETVM genus est in Creta, chius magni greget
alius haud minores vulgo conspicuntur, presertim in mö-
te Ida, quos pastores Strephoceri nominant, nostri in hoc
diffimiles, quod nostri cornua inflexa & contorta gestant,
hi vero omnino eretta ut Unicornu, in ambitu canicula-
ta. Cu[m] primi tantos eorū greges cōspiceremus, ignari Ve-
teres eius meminisse, in mente subiit inquirere, si quid cum
Unicornu cōmune haberet. Qua causa fuit ut hoc loco de

*V*nicornu disceptatione insisteremus, quod nūc in tanta estimatione & precio esse conspicimus, ut valde mirandum sit, prasertim cum apud Veteres in usu medico nullus fuerit autoritatis: nam si quam habuisset, Auctores proclamari tam non reticuerint. *A*ristoteles inter ea animalia que bisulcam ungulam habent, cuiusdam meminit, quod *Oryx* nominatur *V*incorne: at facultatum cornu non meminit. *C*olumelli etiam fuit *Oryx* cognita, quando scribit eū reliquis animalibus muro & virarius includi solere. *Q*uod si Romani, res exoticas plurimum estimantes, tam insignes *V*incornū (quales nūc illi tribuantur) facultates intellexissent, hancquam ea silentio pressenserint. Non negamus quin *V*incornū raro & preciosum estimarint, sed non ut in medicamenta reciperebūt, ut nūc sit. *E*am ob causam ut ingenuè quid de eo nobis videtur dicamus; competrimus *V*incornū quod Veteribus cognitum fuit, magnum esse debere: id tamen quod apud nos in usu est, candidum est. *Q*uisnam obsecro e Veteribus cum Gracius tuus Latinis fidem facit, rei incognitae portunculam, quam tamen plerumque scimus esse dentis pisces illius quem Galli Robart, Septentrionalis maris accola Morff appellant, trecentis ducatis alimari debere? *E*tenim data nobis sunt fragmenta inscripēta, an agnoscemus, que pro *V*incornū trecentis ducatis emta fuerant, quam tamen orbiculari essent e dente pisces Robart. *V*nus Elianus auctor est *V*incornū medicū usum præstare: attamen illud nigrum fecit: cū vero nostrū alterum coloris sit dicemus ab eo quod Veteres descripsérunt diuersum esse: prasertim cū ipse Elianus scribat asinus Indicum, cornu in fronte gerere, causis inferior pars alba sit, superior phenicea, media vero plane nigra. Plinius Aristoteli verba expressit: *V*incorne (inquit) *A*sinus tantū Indiens, solida ungula. Deinde paulo post: *V*incorne bisulcum *Oryx*. Ex quibus verbis colligitur, duo esse animalium genera *V*incornia, quo-

rum alterum est *Asinus Indicus* solida ungula, alterum *Oryx bisulca*. Certum *Asinos* seros, qui *Latinus Onagri* dicuntur, cornu carere: necessario itaque consequitur, monosceria alicuius alterius esse animalis, cuius descriptionem non habemus. Sed cū variis locis *V*incornua conficiantur, negari nequit quin repersantur: etenim in nostra Europa vixinti integræ inueniri queant, & totidem non integræ, sed confractæ. Duo integræ ostenduntur in *Dinis Marci* thesauro apud Veteres, sescubitalis utraque longitudine, crassiora inferiore parte quam superiore, crassioriter autem parte tres pollices coniuncti non excedente, quod nota satis respondent ius quas Veteres *Asini Indici* cornis tribuant: attamen reliqua nota non conueniunt. Scimus etiam ea qua Anglia Rex habet, striata & in gyrum canaliculata esse, quemadmodū & illud quod apud D. Dionysij Phanum est, quod omnium maximum existimamus inter ea qua hactenus conspecta fuerant. *M*aius præmū meretur quam aliud quadus cornu quod in animali procreatum viderimus. *N*aturale etenim est, haud artificiale, in quo omnes nota que alterius animalis cornis conueniunt, repersantur: & quoniā concursum est, existimandum est non esse deciduum, ut nec Casellorum Chamoix, Bouc-estain cornua, contra quam Damis, Cernis, & Hauulus quibus decidunt. Nullus est procerus quantumvis stature, qui vix ad illius summitatem pertingere queat: septem enim magnos pedes longum est. Decem & tres duntaxat libras & uncias quatuor pendet: si quis tamen sublenet, plus quam decem & octo libras pendere existimat. *E*ius figura recta est in statu cerei, inferiore parte crassa, deinde paulatim usq. ad mucronem graciliscescens: eius etiam crabitum manus complecti nequit, cum quinque digitos in diametro habent: atq. si quis suniculo et asseriem metiat, palmū & tres digitos inservieret. In aqua le nonnullū est ea parte qua capiti inbesit, tota deinde re-

ligna parte leui & polita. Lenibus canaliculis striata est cochlea in more ab insima parte ad extremum mucrone, a dextera ad sinistram, omnibus striis in gyrum vergentibus, quemadmodum in Limacu testis, aut saepe quae periclymenum amberit. Eius color non omnino albus est: nam temporis iniuria fuscum non nihil redditum est. Integro pede canus est antea amplius insima parte quo ossi quod capiti firmiter adhaesit, insertum fuit. Hinc indicare licet, minime deciduum esse. Cum porro tantum onus animalis capiti incubat, animal quod illud gestat, ingentis corporis bone non minus esse conuiciendum est. Strepisceros (cuius ante meminimus, cuiusq; cornua recta, canaliculata, & cochleas in modum contorta sunt) arietem magnitudine non superat. Illius effigie subiecimus: non quod ea ab aliquo Auctore desumpserimus, nemo etenim de eo quidquam tradidit (prater eius nomine quod in Plinio legitimus), cuiusve iconem prabuit.



C. A. P. x. v.

De Cretensi quodam in lapide, cuius Solinus meminit,
Dactylus Idzeus nuncupato.

A D I C E R E hic librit, lapidem quem Solinus Da-
ctylum Idzum, alijs Belonistem appellant, nos vero erro-

ne Lapidem Lynceum, ab Ida Creta monte, ubi primus inuentus fuit, nomine sumpsisse. Verum non modo in Creta inuenitur, sed etiam in quodam monte Luxemburgo vicino, Duci Iauinis nomine nuncupato videre meminimus, cum Rex Francies Literarum parent, eum montem muniri iussit: nam postquam Calones trium pedum altitudine solium excavarat, nihil fore nisi Dactylum Idem erucabant. Mercatores in suis officiis pro Lapiide Lynceum non sine errore vanum exponunt: nam id non enim flavo succinum, de quo postea agemus, debetur.

C. A. P. x. v.

Celissimi toris Cretae montis, qui Greci vulgo Psiloriti dicunt, veteres Idam non nubant, deinceps tamen de stirpibus que in eo nubentur.

In summo montis Ide cubant consistentes, eum subsequente modo descripsimus. Summus montis vertex fere mucronatus est. Strobilis sine pinca nucis instar, summae aliorum montium ruris immensus. Licet autem totius montis moles & amplitudo, utrumque marius litus attingat: nihil minus ea pars quo catulus sublimius est, peculiari ter hoc nomen obtinuit. Circum est Madaram montem in maiorem amplitudinem & crassitudinem extendit: quod Idem attamen non sive sublimis est, Cretenses Idam nomen immutaverunt, & Psiloriti nunc vocant. Insummis eius montis fastigio scallene est, quod edificiolo absuntaxat conilit securis sive inuicem impositis & sine calce coherenter his formicis in modum constructo, ad locum prabendum. Subiunxi adeo loco est, quem volvemtores interdum venti ita perflicant, ut lapidem inde transferant. Paulo infra id scallum planicies conspicitur montibus undique cincta, in qua multa sunt pascua, ubi aries & capra Cretenses cibate pingueſcent. Si quis ex summo montis vertice undique prospiciat, parum aberit, quin totius insule ambitum videat cum alijs viciniis insulis Mila, Cerigo, sive Cythera,

reliquisq; Archipelagi. Aeris intemperies in hoc monte adeo magna est, quemadmodum & in ceteris præcelsis montibus, ut in ipsis Canticula ardoribus meridie, nullo etiam spirante vento ingens sentiatur frigus: qua de causa nec hiemem nec estate quisquam cum incolit. Nam licet pastores interdiu omnium greges istuc ad pascaua agant, nocte tamen in valles se recipiunt. Ea montis parte qua ad Orientem spectat, magna planicies sunt ad ipsius usque radices pertungentes, in quibus plurime amœne & frigida aqua scaturigines. Qua vero ad urbem Candiam obversa est, memoria eam commununt, in quibus Acer ad modum crista materie, Ilices plurime, & Aculacea nascentur. Pars Meridiei opposita, silvis haud est ornata: attamen nonnullas arbores alit, que alibi duntaxat frutices sunt, nimis rursum Arbutos, Andracches, Eleprinos, hoc est Phileas, que Latinis Alaterni dicuntur, Cistos, & alias bususmodi arbores que apud nos non inueniuntur: ea autem parte colligitur Ladarum. Pars Messariam spectans, hoc est, eam planicem in qua sita est Gortina, Cupressis abundant, Piceis, Gallois Pignets. Iste etiā nascentur Chamalea, Thymelea, & Oxycedri. Pseudolabirinthus ea parte situs est. Magnos ferorum Hircorum greges in eodem monte conspicere est, & plurimos lepores. Tribus diversis terriboribus eū concendimus, & diuersis semitis, attamen nullum locum inuenire possumus in quo Rubis Idam nascatur. Nervos flore albo Aprili floret medio quasi montis ascensu, apud pagum Camerach, qua Candiam iter est. Qua occidētem spectat difficultius ascensus est, & admodum præceps, ac si fere per erexitam scalam ascendendum esset. Iste ad radices montis pagus est, à quo subire incipientibus septem passuum milia ad summum usq; ingens conficienda sunt. Pars Oriens obiecta, reliquis temperario videtur: nam ad montis radices solum undique quo admodum pingue & humectum; ibi stiam frequentissimi sunt

sunt pagi, & omnia exultissima, sive arborei fructiferae, sive vites & olea, agric; omni leguminum genere & frumento sunt consiti. Tota illa moies quacunque tandem patet, possidetur a Dominis Calergiis, nempe ab Antonio & Mattheo scatribus, qui iam à mille annis primū dignitatis & nobilitatis gradum in tota insula semper obtinuerunt: de quibus nubuc posita.

Cap. xvii.

Rariorum arborum & herbarum quae sponte circa Idam montem in Creta nascuntur, nomina: cuius de colligēdi cocci bipisci ratione.

D e Stirpibus circa montem Idam nascentibus commode agere nequimus, quin Dominorum Calergorū qui hunc possident, & in varieta ī insula Creta summe sunt auctoritatib; insignem humanitatem & liberale ingeniū pradicemus. Quemadmodum enim Dominus Ioannes Franciscus Baroczo ex urbe Rhetimo a suis ministris securè nos conduci curauit in montes Spachie & Deladaya: sic Magnificus Eques Dominus Antonius Calergo patritius Venetus Candia habitans, suis ministris nobis duces dedit in Idam montem, atque uictui necessaria deferri suffit, vt aliquot dies in eodem monte consistere possemus: nam stirpes inquirentes, noctu ad pastorem rugaria, in quibus caseos confiscare solent, redibamus & istuc pernoctabamus. Iouis sepulchrum, quale Veteres descripsierunt, etiamnum ostenditur, integrum adhuc. Late porro patet hic mons, eiusq; radices utrinque maris littora venient diximus, attinquent, eiusq; territorium admodum amplum est. Nam licet eius radices urbi Candiae sint vicine, medius tamen insule occupat adeo in sublime cœlitus, ut nubes eius perpetuo regant, tamq; frigida auramedius etiam astatim ardoribus iste est, ut uix ferri queat: tametsi in conilibus magnus sit aestus. In illis inter stirpes memoratu dignas crescit Salvia poma ferens esu apta, qua rustici legere solent, hisq; saccos plenos in

proximas vrbes venales defirant. Initio Maii filii in hæ-
rentia inueniuntur gallarū magnitudine, lanugine obdu-
cta, dulcia, & grati saporis. Eode tempore sp. nosarum Cap-
parum flores legant, eosq; in forum venales proponūt, non
conditos, sed elixos dunt axat & nonnihil salitos. Mædra-
gora mas & semina, Peonia duo genera, vulgo Graco-
rum Psiphedile nuncupata in omnibus vallibus humidis
nascentur candido flore. Tragium secundum rimblos cre-
scit hæc flore, Ceciliana semina. Leotopetalon crassa ra-
dice istic bieme floret, ut Mandragora. Vera Melilotus
odorata in collibus herbosis prouenit, Ononis sine Arre-
ste bony fere similis, Majorana nostra, quam in hortis
colimus, respondens, sponte crescit sub finem Junij, ruben-
tes flores proferens, rusticis Matherina dicta. Nihil vul-
garius Trifolio manianthe. Heliochryson extremo Junio
floret, adeo frequens in montibus, ut vix (ubi nascentur)
alia planta conspiciantur: quod autem leporibus cubilia
grata prabeat, vulgo eius insulae Lagochimithia appel-
lare nouit. Heliochrysi autem nomine nostram Stecademo
citrinam non intelligimus: nam ut Hieronymus Hunga-
rus Medicus nobis in Creta demost̄ravit, ea est que Age-
ratum nominatur. Nerion candido flore, tota insula non
inuenitur, nisi in Montis Ida conuallisibus apud pagum
Camerachi. Acer in frigidis montibus nascentes, à rusticis
Aphendanois nuncupatus, in monte ñda crassiore est
materie, quam usquam alibi. Andrachne fructices genui-
num nomen retinuerunt, sic etiam Acyclaca, & Philyca
qua magna sunt arbores glandifera. Cupressi in silvis non
erescunt, ut plerique existimatunt, sed sparsim variis
montium locis, locet istic fate non fuerint: meridiani ta-
men sole gaudet, eiusq; sunt nature, ut infima parte reci-
sa, ex parte tamen radicibus proxima multis ramis re-
pulnit. At eo loco in altum non attolluntur, sed in crassi-
tum ex crescunt. propterea capsæ ex cupresso inueyin-
tur

tur in Candia urbe parata admodum lata. Nascentur
etiam perinde in Leucis montibus, Spachia vocatis, atq;
in ñda dicto Psiloriti. Tragecantha in montium super-
ciliis abunde crescit: eius duo genera obseruauimus. As-
serimus autem eius gumeni minime isti c colligi, licet non
nulli inconsiderate id scripserint: quam nostram assertio-
nem, si opus esset, auctoritate primary insula Domini
Equitis Antonii Calego probare possemus, coram quo do-
cere verba facisse meosimum. Staphis agria passim spon-
te pronenit. Coris admodum frequens est, que nostro iudi-
cio inter reliquas stirpes radicem habet ingratissimi sa-
poris, utpote que degustata vomitum nobis prouocari,
quod nulla alia inquam fecit. Anagyridis arbustū pas-
sim fere secundum Regias vias nascentur, iam fetido odore
ut capit̄ dolorem inducat, antiquum nomen etiam nō re-
timens, nam Anagyros vulgo dicuntur: adeo ingratis est sa-
poris, ut ne famelice quidem capra degustare susineant.
Istic Tithymalum dendroidem duorum hominum alti-
tudine, caudice humana coxa et ap. sic consperimus. Tha-
psia, ferula, Libanotis & Seseli istic abundant. Prouenit
etiam frutex Agrionelea vulgo nuncupatus, ex quo rura
malorum pyris forma simillimum ser. ex. Non quam hic fru-
tex in Gallia reperitur, praterquam in scopolis Fontai-
nebleau arei Regie vicinis, quibus delectari videtur.
Fruticem Sabaudis sine Allobrogib; Malancier di-
dam, Cretenses Codomalo appellant. Veratrum nigrum
in insula Creta diligentissime perquisiuimus: at nunquam
inuenire potuimus, eaq; nostra est opinio, neque album ne-
que nigrum istic nasceri. Aristolochia porro quartū quad-
dam genus, à tribus reliquis veteribus descriptis diver-
sum inuenitur, arbores scandens & premens Ephedra &
Smilacis modo, alioquin conueniens foliis, floribus, fructu-
radice, sapore & odore cum Clematis inde. Cocce Baphica
censu ingens est in Cretæ, cuius colobitioni portiores ope-
ram

ram impendere nolunt, sed pastoribus & pueris istam prouinciam relinquent. Inuenitur mense Iunio in exiguo quodam frutice ex his genere que glandem fert sine pediculo in barens illius fructus stipiti, colore ex cinereo albicante. Quoniam vero ihsus fructis folia spinis horrent, ut Aquifoliae, pastores fuscum sanguistrum gerant, qua ramulos deprimunt & inclinant, dextera autem falcem putatoriam, qua illos demetunt, a quibus rotundas vesiculos exiguos pisi magnitudine auferunt, qua parte ligno adhaerunt apertus & hiantes, pusillis rubris animalculis lende minoribus plenas, qui per hiatum istum effugiant, & vesiculam inanem relinquunt. Pueri coccum iam collectam ad Quæstorem deferunt, qui ex dimensio ab illis redimit. Is animalcula a vesiculis cristo segregat, deinde eas summis digitis leniter prehendendo in pilas efformat omni gallinacei magnitudine: etenim si nimium comprimeret, tota in succum resoluenterentur, & color petiret. Itaque duo infectionis genera, unum pulpe, alterum vesiculari: quoniam autem pulpa ad inficiendum commodior est, eius precium quadruplo maius quam vesicularum. Alind preter tantum commemorata genus adhuc innenit, cuius neque Veteres neque recentiores meminerunt: excrementum est, eadem qua superior ratione, in Myritis nascentis, unico animali uno vesicula inclusa præditum.

C. A. P. XVIII.

Plurimarum aliarum stipium in insula Creta sponte nascentium brevis narratio.

INTER reliquias stirpes quas Creta alit, insignis est Distatum, quod vix in terra nasci vult, sed sponte semper in scopulorum fissuris prouenit, nusquam alibi, sole etiam Crete peculiare: at Psuedodictam non modo in Creta, sed alijs etiam locis nascitur. Vulgo Cromido siliuncupatur: Sonchus Zuchu, Alnus Schleiro, Latina Maroulla, Periclymenum Agioclina, Viburnum Gallorum Clemacida, Cichorium Pista, Vertica Zuchina, mida,

mida, Lotus arbor Cacauna, Iniube Zinziphia, Ferula Artica, Polium Denaida. Tria Origani diversa genera Iunii initio florent: at Onitis peculiariter inter scopulos collicularum siccissima parte Meridiei obiecta: Heracleoticum cœtra humeribus locis gaudet: quod silvestre appellatur, neutrum natura particeps est, nam libentius circa sepes crescit quam apertis locis. Spina genus est in Creta quam omnes vulgari græco idiomate Ascolimbros appellare norunt: Veteres Latini etiam nomine græco Glycyrrhiza vocarunt, a Glycyrrhiza tamen diversum. Sponse passim nascitur, flavo flore, lacteo succo abundans. Radix & folia eis solent ante quam in caulem abeat. Ravenna cum essemus cujuslibet herbis in foro venalem conspicimus, tum etiam Ancone, ubi mulierculæ eam ercentes, Rince nominabant. Sed & agro Romano colligi obseruamus, & ab incolis Spinaborda nuncupari. Ea est quæ recentioribus Gracis Ascolimbros dicitur. Plinii variis locis & libro 21. cap. 16. de spinis agens, ubi Carduum à Scolymo distinguunt, per Carduum & Artichocam intelligere videtur: deinde ait, Scolymus quoque floret sero & diu. Postea subiicit: Scolymus carduorum generis ab his distat, quod radix eius viscendo decolla. Sed Galenius ipse nomine de Scolymo & Cinara eodem capitulo meminit? Itaque assentiri possumus ijs qui Artichocam silvestrem nominari debet Carduum contendunt, & hortensem cultumque Scolyllum: quoniam silvestris semper spinis horridius est. Spina quam Veteres Graci Acanthum appellant, rusticum nomen ab Acantho derivatum matuata est, nimiron Acanthia: qua vox illi propriè conuenit: nam cùm praeter ceteris spinis horreat, inde factū in aculeate plante Acanthæ dicantur. Thymelæa qualis Discoridi describitur in Creta prouenit, ab ea differens quæ Germani in suis picturis nobis proponunt. Gladiolus sive Xylophion in auris nascitur, & cum Vere germinat vincere filium

folium non admodum latum & oboenos digitos longum, microstachys, septem nervis distinctum promit: & eius unum aliud minus exit, deinde tertium, postremo canalis floribus onus est serie quadam propendentibus adeo intentis coccinei coloris, ut nullam comparationem admittat. terra erutus cum sua radice sagittata instar coni ei potest, quandoquidem eius radix crassa & rotunda est, ut sagittarum crassiora capita, & eius folia terna utrinque in canale disposita pennarum vicem prabent. Tuymalus myrsinoides cum in Cretae montibus tum maritimus crescat: quemadmodum & Paralias. Securidaca agri abundant, illa que Peliki dicitur. Terebinthi, Lauri, Arbuti, Lentisci, & pumile Cedri veteris appellationem reuertunt: vti & Apalathos, & aliae valde similis Achirotopoda illis dicta. Marina littora Gnephalo condant: nam quod ab Herbariis depingitur, adulterium est. Isdem litoribus frequentes sunt Thymophrasti bulbis littorales, quo nostri Aromatary Galli pro Scilla vendunt. Silvestres brassicae in scopulis ad portum Sude nascuntur. Chamaesyce & Solidanella littoralis arena detectantur. Dracunculus bedere folio in humidis Spachia locis solummodo reperitur; at alter nobis notus plurimis insula locis indifferenter exit. Halimus frutex nunc Halimatis appellatur, tota insula adeo frequens, ut maxima ex parte sepes eo consistat: huius cyma edules sunt. Noster Agnus castus, sive, Veterum Agnos Lyra appellatur. Sedum istuc fructus est. Legitimum Thymum istuc adeo frequens est, ut alterius loci vratur. Thymbra vulgaris nomine Græcis Tribidicta, hoc est, Satureia silvestris, malenta & sciria loca amat, prasertim autem apud Rheto: in his dasibus stirpibus, potissimum autem Tyrone, nascitur Epithymum. Tribulus terrestris quem illi vulgo Aironolo vocant, agris maxime est noxious, prasertim autem leguminibus. Hoc autem loco reticeremus.

non possum, eos qui sacra literas interpretantur ubi scriptum est de Tribulis fucus, hallucinari, dum Tribulum esse existimant carduum: nam Tribulus uniuersa Gallia ignotus est, saltem terrestris: aquaticus autem est quem nos Macles aut Chastagnes dicunt murex-pam. Heliotropium nominatur Helicocrota, Atalaylis Ardaula, Orobanche Lycos. Hyssopus cum horrensi sum filicet carent: eius autem loco pharmacepsi inutilens quandam pusillam adulterinam plantam substitutum. Stachys sponte plurimis locis nascitur. Inter rariores stirpes, singulares quaspiam conspectimus in Franciscanorum horto urbe Candia, nimis Scammoneam & Apion, que aliqui sponte in montanis nascuntur, eti & Styrax, Ruscini planta quoniā istuc bieme non corrumpitur, multoque perdurat annos, in arboreum evadit adeo sublimem ut non nisi scalis admotis concendi possit. Xylum & Sesamum magnum censem adserunt; atque Aprili seruntur. Cogituri iste & Cedria sive Katranum, & pix, prasertim in Leuci montibus, vulgo Spachia dictis, in quibus plurima silvestres pini, alias Picea, prouentunt. Inter res memorabiles quas in Creta obseruauimus, est planicies Sethia & Lasti nominata, magna longitudinis in sublimis montium iugo, paulo supra Voulismeni in media insula, qua Sethiam iter est. Restibile autem est solū, in quo multe segetes, leguminaque nascuntur, & Orobis, leguminis genus nobis quidem in usu sed quod nullum nomen Gallicum inuenit. Eam planitem uberem reddunt rinnuli e collibus illam undeque cingentibus decurrentes. Nascuntur apud Crete: silvestria quadam exigua pyra, ab incolis Achladas nominata, a nostris disuersa: alii pyra silvestria apud eos Agnaga appellantur. Vix in Creta reperiens Alparacis genus illud quod in hortis colimus: silvestrem enim Corruenda nuncupatum passim sponte nascientem duntaxat habent. Sed alind prater ea genia apud

ipso conspicitur, antiqua & vulgari appellatione Polytricha nominatur. Inconstans & Anemones flos pluribus quam decem coloribus variat. Cycada Sympogna nuncupantur, quia etiam vocem rā appellat. Symphytū mains Stecculi. Supra Chios arcem ea montis parte quia Calohierorū monasterium, cui nomen D. Iohannes de Predermos, sicutum est. Artichoce silvestris genus crescit, pastoribus Agriocinara appellatum, eius radix cubitalis longitudinis, & humanae cruris crassitatis, foris & intus nigra, pyri in modam turbinata, quam Costum Indianum in Aromaticiorū officinis venalem esse afferimus. Intelligimus autem nigrum illam radicem quam Costū nominat, quamq[ue] ab antiquitate in usu esse credimus. Capita fert instar Cinara sive Artichoce, que pastores cruda mandat. Eius flos maxima ex parte candidus est (licet & purpureus inveniatur) & suavis odoris. Ipsius radices Chameleonis albi radicibus similes sunt, & folia Chameleonis nigri foliis. Differt ab aliis Artichocis silvestribus multis Italia locis nascientibus. Frustra inter reliquias nostrates stirpes Chameleon albus & niger depicti fuere: nam noster uer in Germania, nec in Gallia, nec etiam in Italia nascitur: unde certus est (cum venia sit dictū) istas tres nationes hallucinari: neq[ue] enim Carlinia, neq[ue] alijs similes cardui, Chameleon albus vel niger sunt. Denigro autem alias agemus. Albus porro radice producit humanae coxae crassitatis, pedali, interdum etiam cubitali longitudine, adeo odoratam, ut in conculani reposita, illud viola odore ita replete, ut capitis granedinem inducat. Cretenses pastores, & rusticani pueri, praesertim apud Rethimo, eius gummam colligunt, quo feminæ pro masticatorio utuntur, uti mastice in Chio, & Condville gummam in Lemno. Cola vel Chameleons vulgo nuncupant Chamaleonem album. Acanthus mollis variis humidis locis frequenter est: at spinosum in agris & inexta semitas. Anonidis cimas

condendi consuetudo apud Cretenses non dum abolita est, neque etiam Eryngij tenella germina edendi: at Eryngium illud marinum est maris littoribus nascens, à mediterraneo diversum. Breuiter Creta insula multas stirpes profert, atque alias res singulares, quas alibi non reperias. Ab omni etiam antiquitate generosarum stirpium istuc nascentium nomine celebrata est. Macrobius cap. 5. lib. 7. Saturnalius idem testatur his verbis: Sed nec mostrosis carnibus abstinetis, inferentes poculis testiculos Castorum, & venenata corpora Viperarum: quibus admissis quidquid nutrit India, quidquid decubuit herbarū, quibus Creta generosa est. Serpentū duntaxat tria genera in Creta obseruamus, primum Ophibis, alterū Ochendra, tertium Tephlotis a rusticis nominatum. At affirmare audemus verum esse quod antiquius proditū est, Cretam nullū venenatum animal alere. Nā cū serpentis illud genus, quod proprio nomine Ophindici retulimus, persequeretur, dux nostri itineris subleuans lapidem sub quo latibulum querebat, ab eodem premoris suis fuit in manu: atram licet sanguinem etiam eliciisset mortura, nullum aliud malum sequutum est, quam leue vulnus.

*Gallia tamen Narbonensis copiosum tribulum terrestrem alit.

C. A. P. XIX.

De Cretensi Maluatico vino Ptarmio dicto,
illudque nosquam alibi confici.

VINUM quod Maluaticum vocamus in sola Creta fit: atque affirmare audemus illud quod in exteris regiones etiam longissimo diffitas internallo defertur, quemadmodum Germaniam, Galliam, & Angliam, primum fuisse decollatum. Nam naues que Maluatici vini in exteris regiones transferendi causa Cretam appellant, possest id quod in Rethymo natum est, tollunt, cum constet illud generosissimum din conservari posse, atque longa velutina maiorem adhuc præstantiam adquirere. Porro in urbe Rethymo qua Veteribus Rhythymna dicta

est, magni sunt lebetes ad littus maris dispositi, in quibus Vindemiarum tempore vina decoquunt: attamen omnia malnatica vina decocta esse non afferimus. Nam que circa Caneam, & urbe Candia, colliguntur, & duntaxat in Italiam transducuntur, non decoquuntur, quia periculum non est ut acescat. Sed singulis annis vina comiscetur, vetera nouis admisisit meliora faciunt, & bona veteris admitione generosiora reddent. Cretica vina olim quin admodum & nunc dulcia fuere. Maluaticum proprio nomine Tramnum vinum dictum est, ut ex Dioscoride patet, cuius haec sunt verba. Creticum cognomine aut Tramnion aut Protopon. Huc accedit quod Homerus magnopere commendari Creticū; illud Tramnum appellans. Insula Creta etiam ex suum Muscatellum vinum prabet: cuius duo sunt genera; unum praeocium ante vindemias confitum, alterum ipsis duntaxat vindemias: sed neurrum usq; ultra fretum Herculeum transducuntur. Ceterū duo etiam sunt Malnatici genera; dulce, & acerbum quod Itali garba appellant. Galli viride, sive ruda: illud autem ad nos non denclatur, quoniam, ut dulce, non est coquum, tamque ob causam diu conseruari non potest.

C A P. XX.

De Veterum saltuarii cum saltatione quam Pyrrhicam saltationem nominarunt.

Cum in campestri quodam pago versaremur apud Dominum Ioan. Antonium Baroco non procul ab urbe Spachia, vicinorum pagorum incolas ad diem quendam festum conuenisse conspicuimus, alios cum uxoribus, alios cum amicabus, sic ut magna communis esset frequentia. Bene positi, saltare ceperunt summo rotu diei astu; non in umbra, at sub dio, tametsi id dies totius mensis Iuly esset ardentissimus: tamque saltationem usque in noctem protractarunt, licet suis armis essent onusti. Solent isti rustici

ferè perpetuo incedere alba interula amitti, quam lato cingulo magna fibula predito constringunt: deinde femoralia linea applicant, quibus internam non includunt, sed liberata flasare permittunt: postmodum ocreas caligatum & calceorum vicem supplentes inducent, ad cingulum usq; pertingentes, cui eas alligant sic ut interula anteriore & posteriore parte propendeat. Sic ornati, atque pharetram centau & quinquaginta circiter sagittas quadam serie dispositas continentem ex tergo propendentem gestantes, tum tensum arcum brachio inducentes, aut transversum gerentes, & gladio latiss accincti, elegantiores suis saltus facere intantur; neque decoram suam saltationem esse existimarent, nisi his omnibus essent onusti. Hac Cretensium armorum saltatio veterum Cretensium saltationem normali respere videtur, quam Latina Pyrrhicam nominarunt. Gracis saltantes tribus mensuris uti solent: una est progressus, anterius subsiliendo altero pede subleuato, ut Germani solent: altera orbicularibus saltationibus qua in pagis per Gallias sunt, non est dissimilis: tertia mitra est, nam modo alterum pedem in anteriorem & posteriorem partem iaciunt, mox altero similiter faciunt, atque sibi mutuo respondent cantando, tum saltationes canentes accommodando; modo in gyrum, modo in longum, atq; interdum bini & bini; omni continuo interea saltates. Ab omni antiquitate Graci saltando cantare consuerunt. Ipse etiam Aristoteles id testatur primo capite, lib. septimo, his verbis: Vox iis qui rem venetam incipiunt agere, mutari in sonum asperiorum inaequabiliorumq; incipit. Abstinentibus vero, à contrario fit, & si curam adhibeant: quod aliqui faciunt ex iis qui choreis indulgent.

Mulieribus moris est ut velum duntaxat capitum imponant liberum nec adnexum: pectus vero & humeri perpetuo nuda sint (nullum enim amatory usum habent)

bent) qua de causa fusca sunt & sole adusta: nulla etiā tibialis gestat, de rusticis intelligimus, quae publice conspicere licet: Nam urbana perpetuo latet, & vix prodeunt nisi noctu, sine tēpla aditura, sine se mītuo visitatura. At quoniam nostrū institutū alio nos reuocat, de Cretensibus rebus plura differere super sedebimus, cūm nāgat, o in eā insulā adeo rūta sit ut nūquā defīne qui eō comeant & inde redeant: atque de Turcicis rebus agere incipiēmus.

C A P . X X I .

Quotquot mandatum siue diploma liberi transitus à purpato aliquo Bacha, vel à Turcā Imperatore impensuerte, modo turcico vestitū incedat, ducemque itineris habeant qui interpretis vice fungatur, tuto per omnes Turcē provincias committat posse.

T A M E T S I Turca magno numero per turmas, quae ipsi Caravanas non inant, conuenire solant, ut securius profectiones suas suscipiant, quilibet tamen eorum vestitu amictus, diplomaque habens ex aula Turcarum Imperatoris, comite interprete qui illi dux itineri sit, libere quo-cunq. libebit proficer poterit, exceptis deseris & extremitatē Provinciarū limitibus. Si quis porro eodem desiderio, quo nos, impulsus, idem experiri vellet, abs re facturi non videmur, si quidpiam hic adscribamus. Cum primo Byzantium appulissimus, & ocium in scordia transigeremus, singulis diebus portus canalem siue sinum qui Petram à Constantinopolit separat traciebamus, ut ea qua Turca in suis officinis venalia proponere solent conspiciēt, obseruaremus quia ipsi haberent nostris officinis incognita. Utque id commodius facere possemus, conquisito docto Turca, qui Arabicam lingua ad prius calleret, de precio cum illo conuenimus, ut omnis generis mercium, aromatum, atque aliarum rerum que in officinis Turcarum veniales habentur, indicem conscriberet, qui nihil aliud continebat quam Auncena indicem Arabicā lingua descriptum, omnia que illis peregrē aduehantur complettentem. Et ut ve-

rum

vū fateamur, eares plurimū nobis profuit ad earū rerum quas desiderabamus, cognitionem adspicendam. Nam ab soluto indice, Turcam nobis singula vocabula sigillatim & distincte pronunciare iessimus, eaque cum pronunciaret, singula nostris characteribus excavarabamus, ut erant arabice prolata: deinde rem prolatam nobis demonstrari curabamus; ut ea conspecta, rem cognitam vocabulis ab ipso descriptis, nostra lingua subscribemus, cupientes ea ratione, alii locis quoque opus esset, ipsa petere posse: & in quibuscumque sanè Turcarum Provinciis fuerimus, plurimum nobis apud ipsos profuit is index. Nam interdum euocati ad agrorum curram, cum quidpiam ex materialiſta officina (nullos enim pharmacopaos habet) expeteremus, si ipsorum indicare probe exprimere nequibamus, indicem scriptum proferebamus, ut mercator conspecto vocabulo melius intelligeret. Ita profecto ratione multa simplicia conspeximus, que a nostris mercatoribus Turcarum provincias aduentibus iam adsciebantur. Hanc itaque landens mercatorum negotiationi tribuumus, quod ei accepta referre debeamus, quacunque singularia habemus e procul distis regionibus aduetā. Atque ut rem sic se habere comprobemus, num sine negotiatione aromata haberemus canella, carophyllorum, myristica nucis, piperes, aliarumque similiūm rerum? Cur tot paelata medicamenta, & alia singularia veteribus adeo trita, nūc sunt incognita, nisi quod illorum negotiatio fieri desit? Non tellus Amomum, Terebintham, Calamum odoratum, Ammi, Costum, Acaciā, & alia huiuscmodi veteribus adeo trita proferre desit? Non profecto, sed subsistunt, quia nemo est qui illa eis mare aduehat. At cū in Oriente essemus, plurimarum cognitionem negotiatoribus impertimus, que ante illis ignota istic remanebant, nūc vero vulgo venalia esse incipiunt cūm Venetiis, tum plu-

rimis aliis locis: potissimum autem legitimū Nurū, Cardamomum matre, vera Terebinthina, & alia similia, de quibus fuisse noster in Dioscoridem Commentarius. Certi autem sumus nobis nō defuturos probatos testes, si probare vellimus nos omnium primos retulisse plurima medicamenta nostris ignota, & que neque auroneque argento comparare potuissent.

C A P . X X I I .


Turcas eandem dictionem suis characteribus multifariam exprimere.

VITERES Terra quoddam genus in plurimis medicamentis admodum commendarunt: quod etiamnum minore non est in usu, quam unquam fuerit. Latini Terram Lemniam, sive Sigillatam appellant, Galli Terra sellae. Adeo celebris est hac terra, ut Principum Legati Constantinopoli redeentes, eam referre soleant, quam muneris loco Principibus viris offerant. Nam inter alia singularis est aduersus pestem & omnes defluxiones. Venalis reperitur in Aromatariorū officiis Terra sigillata nomen obtinens, sed que magna ex parte adulterina sit: in universo etiam orbe non inscueris nisi in una Lemno insula. Et quoniam nobis animicerat in Lemnum nauigare, ea ob causam ante quam Constantinopoli excederemus, diligenter inquisivimus quibus rationibus negotiatores illā adipisci queant, tantumq; effecimus, ut duodecim in diversis impressionibus signata mīnueremus. Pastillo signatur omnis generis impressione notatas nati, euidam Turca arabica lingua perito ostēdimus, ut intelligeremus cur tot genera invenirentur. Ille vero omnibus perledis, respondit singulas nihil nisi duas arabicas dictiones cōtinere. Tin imachion, que significant Terra sigillata: & pastillum quipplures haberet notas, eandem dictionem expressans habere, idemq; significantem, quam ea que paucioribus notis esset exarata. Omnis hac terra in pastillis, hoc est,

exiguo

L I B E R I .

55
exiguo panes circiter quatuor drachmas pendentes, vel paulo interdum grauiores, nonnunquam & leuiores efformata est. Et licet pastillorum characteres inter se varient, intellectimus id dñs ait inde procedere, quod Turca, ut tandem rem exprimant, varie suos characteres miscere queant: Alia uero est eius rei ratio, nimis diuersos magnates et res prefuisse, ideoq; diuersis sigillis impressisse. Non desunt impostores qui ea adio dextre adultereare norūt, ut legitime quam simillima videatur. Ut vero characterum vario modo pastillas impressorum diuersas confici posint, eos prout varie impressi fuere exprimi inserviant.



C A P . X X I I I .

Variatum specterum etidem Terra sigillata describitio, atque de sigillis ipsiū impensis.

COLLECTIUS igitur quibusunque sigillis, terrazq; generibus que nancisi potumus, in Lemnum nauigare constitutimus, ut res vernatem expiscaremur, atque legitimam ab adulterina dignoscere disceremus: ex autem sic descripsimus: Antiquissimum sigillum, referentibus Græcis & Turcis, inter varias Terras id est quod pollicis latitudinem non excedens quatuor dñs ait characteres continet, quorum qui latera occupant, hamulis similiter, alijs vero medijs valde intricati sunt, characteris 3 ferè instar, qui medicinalem vinciam denotat; in medio autem

D 4

sigillo

sigillo inter unius eorum characteres quatuor duntaxat pū-
cta sunt addita; huius sigilli terra adeo pinguis est, ut ē se-
nu constare videatur, dentibusq; cedit quando māditur,
atque minimum arenæ continet; eius color in rubedine ad
obscurum accedente paler. Aliud est præterea genus in
minores pastillos superioribus respondentem efformatum,
cuius characteres impressi paulo grandiores sunt, numero
tres, septem punctis interpositis: hoc paulo magis rubet
priore, gustuq; est nonnihil acido, atque premanum cal-
culis arenaceis abundare deprehenditur; minus pingue
est superiore: sed bonitate illi non cedere creditur. Est
et tertium genus exiguum pastillorū, superioribus ma-
gnitudine respondentium, cuius characteres differunt: nā
veluti vñcum hamo pīcatorio similem habet medium in-
ter binos: alios characteres nota ē similes, huius color à su-
perioribus differt, quoniam vñcū parvis alba terra ru-
bra permixta maculis conspersus est. Quartum genus re-
liquis dilutius rubet: huius tria sigilla differentia eidem
terre generi impressa obseruantur. Terra sigillata que
Constantinopoli magis vulgaris inuenitur, maxima ex
parte adulterina est, atque in maiores pastillos efformata
quam reliqua, cum eius color diversus est: nam reliquo
rum generum ad rubedinem tendit, huius vero flavescit.
Et quoniam adulterina est, præterea maiore quantitate
reperiatur. Inueniuntur et duo alia genera cum forma
tum characteribus dissidentia, que in scelētis morum nu-
mero habentur: in eo discrepant quod alterum magis are-
nosum sit, alioqui idem sīre est savor: rara autem fuit. In-
ueniuntur et aliud genus bolo armeno dissoluto adultera-
tum, cui impressa sunt due nota admodum contorta, eius-
dem cum postremis duabus magnitudinis, sed ab illis di-
uersa. Est præterea et aliud genus in pastillos rudes et
impolitos: formatum, ceteris rotundiores, nucleus in glandis
magnitudine, glabris sive similes, nisi capite qua sigillum
impreſ-

impressum est, scilicet planiores essent. Hos omnium
purissimos comperimus. Sed et alia est sigilli species in of-
ficiis admodum rara, utpote quam duobus duntaxat lo-
cis Constantinopoli reperiuntur; eius etiam precium, reliquis
maius est, aromaticum habet saporem, ut quis ex gustu,
aliquid illi admixtum quod cum saporem conciliat, indi-
care posse: cum tamen naturalis sit ipsius terra, eius co-
lor saturatus rubescit: habet id sigillum plures impressae
notas. Perspicuum itaque est omnia terra sigillata gene-
ra esse dem coloris non esse: nam sape contingit ut in ipsa
vena candidioris coloris reperiatur, nonnunquam magis
rubescens, interdum etiam ex utroq. colore mixta. Qui
sphragidem Lemniam ex gusto discernere cupiunt, cer-
tius indicium de ea ferre possunt, quem eam in ore aro-
maticum quidpiam spirare, atque arenaceam nonnihil
esse deprehendunt, quam qui an lingua adhercat pericu-
lum faciunt. Omnes porro eas differentes, dum Constan-
tinopolis essent, descripsimus, et deponit curiamus, atq.
in Lemnum insulam nobiscum detulimus, unde hec terra
exim soler: sed eam duntaxat vñco totius anni die, sexto
videlicet Augusti hinc vel coērato eruere moris est. An-
te quā vero Byzantio solueremus, ab omnibus nautis cu-
stodā nauis que ē Lemno aduenerat perquisimus,
an Lemnium terram detulissent: omnes responderunt, eam
non posse haberi, nisi ab Insula Gubernatore: atque si eam
naturam confidere vellamus, in Insulam nobis nauigandam; nam omnibus incolis capit̄ pœna prohibitum est, ne
quis eam efficeret. Addebat præterea, si quispiam inco-
larum unicum duntaxat pastillum vendidisset, aut domi
seruare in scio Gubernatore deprehenderetur, magna pe-
cunia summa multāandum: nā nemni, nū Soubachi, eam
distribuere licitum est, qui Insula prouentum obtinet, at-
que eius rei causa censum Turcarum Imperatori persol-
vet. Hac omnia cupidiores nos efficerunt, ut ipsam terrā
in sua

in sua vena & fidina conficeremus. Primum autem saluum quem vocant *conductus*, ipsi mandatum appellant; nobis impetratus fuit, quo securius per Turcarum Provinciam profici possemus: cum autem favore & auctoritate Domini du Fumet, in Domini d' Aramont absentium Legati, facile obtinuimus.

CAP. XXXII.

tēm diruat) posse liberè tollere, & naues eo onerare vide-retur. Sed id fabulosum esse liquet: nam maxima auri quod mercatores aduexerunt pars, aliarum rerum quas intulerant, presertim vero muliebris mudi permutatione adquisita fut. Atque licet magnam eius vim prima illa navigatione retulerint, si nunc densò navigationem instituant, non est quod se tantundem adquisituros sperent: nam cum primum eo appellerent, id innenerunt longo iam tempore ab incolis collectum, atque eadē ratione qua in Europa fieri solet, repurgatum. Itaq; sciendum est, eos prima navigatione in Peruana insulas summa diligentia & omnibus mediis aurum & argentum quod Insulanis diurno tempore paulatim collegerant, perquisuisse. Sed concedamus illos denuo tantundem adquirere velle; an non Insulanis tempus illud colligendi tribuere debebant? At ut verum fateamur, multo tempore illis expellendum erit, aut multas operas adhibere debebunt que illud eruant, & necessary faciendi sumtus: nam fudi è metallicis venis vi ignis id collegerant, non scimus atque in Europa fieri solet: quod illorum ipsorum scriptis probabimus. Quoniam autem Indi nullum pecunie usum habent, eorum argentum & aurum in vasā conflatum fuisse credendum est. Nam licet Indorum fodina ubiores sint quam alibi, atq; facilis minoribusq; expēs excoquātur quam in Europa, vel licet eorum flumina plus auri arena permixta ferat, quam apud nos: magno tamē artificio, ingentibusq; expensis opus fuit in utroq; genere, & lōga temporis mora ad illud a suis purgandū: minime autē (ut pleriq; antē arbitrabantur) inuentum est in laminas conflatum, neq; cuilibet tollere licuit, & in fasciculos componere ut facilis in nases deferretur. Rem autem sic se habere, ipsi Scriptores de Indorum Rege captivo sermonem facientes testificatur, cùm plurimas ades ad aurum & argentum fundendum exstruxerint, auroq;

venam multo difficultius in planis colligi, quam in montibus qui in diuitiis Peru prouincia sunt: montanumque aurum stanno & sulphuri permixtum esse, a quibus ut id separent, ingentem in monte strahunt ignem, qui suo calore sulphur calefaciendo, argentum a reliquorum metallorum permixtione dissoluit, atque effluere faciat. E quibus verbis ab ipsis supradictis Auctorisbus desumis, lequet, aurum & argenitum eadem ratione qua apud nos, è suis venis erui & expurgari: ubicumque etenim existatur, semper indicandum minerale esse, atque consequenter multus alius metallis permixtum. Itaque si aliquando ingentem eius quantitatem una vice retulerunt, illud ex Regum redemptione atque suarum mercum permutatione adquisuerunt. Nos hac ideo retulimus, quod plerique existimarent, autamistic adeo vulgare esse, ut equorum sole ex paro auro fieret, & planis rotum aratrorumque rota eo munirentur. Aurum portanom minus è suis venis in Orientale India eruitur, quam in Occidentibus insulis Peru. Per Orientale India intelligimus Ethiopia, cui dominatur Presbyter Ioannes. Litera latine Regi Lusitanie ab ipso inscripta & typis expressa fidem faciunt, ipsum milles centena millia drachmarum auri Regi Lusitanie polliceri, si bellum aduersus Turcas gereret. Et sane Presbyter Joannes & pecunias & milites illi dedit, ut Turca bellum moueret. Ingens profectio auri summa, milles centena drachmarum millia una vice à Presbytero Ioanne Lusitanie Regi praberi: attamen non idcirco dicendum est, quin plurimum impendendum fuerit ut ex suis venis erueretur. Idem Presbyter Ioannes quadriennio aut quinquennio post, alias literas ad Lusitanie Regem dedit, quibus illum rogabat, ut è Christianorum prouincia omnis generis artifices illi mitteret, praesertim autem eos qui aurum in tenues laminas diducere, numismata incidere, pecuniam cudere, atque in auro & argen-

argento sculpare noscent: item bonos typographos, quibus typis exprimerent: sed pra reliquis experebat magnum numerum eorum qui in fodinis eruendis experti essent, qui que omnia que ad metallicas operas necessaria sunt, callerent, puriores metallicas omnis generis venas à vilioribus dignoscere noscent, & aurum atque argentum a reliquis metallorum generibus exacte separare non essent ignari. Ex iam dictis igitur literis patet, omne aurum & argentum Orientalis India metallicarū operarū artificio, industria, & magno labore è suis venis erunt: sed alias operas aliis in sua arte magis expertos, & arte non equaliter omnes callere, non modo istuc, sed etiam in Europa & Asia. Et sane plurimi metallarij è Bohemia, Saxonia, & reliqua Germania descenderant ut in Ethiopia Laborarent, eoz, Regi Lusitanie sum tibue perduci fuerant. Itaque patet, in utraque India aurum è suis venis erui solere magnis sumtibus & longo tempore, quemadmodum in Europa; atq. illos culpa non vacare, quia tam magnifica de iis scripserunt, cum se à veritate aliena scribere non ignorarent. Atque ut exactius de hac re agamus, probare volumus, aurum è venis Occidentis erutum & expurgatum, aquæ præstas & perfektum esse, atq. quod ex Oriente erutum est: quod verò in Septentrione erutum est, tam perfectum esse, quam quod in Meridie desumitum. Nam licet Orieis Occidente calidior & siccior sit, atq. Septentrio frigidior & humidior Meridie: tamen propterea aurum aquæ perficitam concoctionem habere non definit in uno loco quam in alio: nam quod in frigidissima orbis regione eruitur, non minus perfectum est, quam quod ex calidissima Ethiopia prouincia collectum est. Sola experientia ad id probandum contenti erit: quandoquidem omne aurum ex quacunque venast erutum, modo sit repurgatum, aquæ sit perfectum in via mundi plaga ac altera, nulla habita temperatura loci, calide aut frigida,

siccæ aut humide ratione. Et ne hac disceptatio nūminum aspera videatur, rationibus rei p̄dicit & respondentibus probare volumus. Dicimus enim, quod si quispiam nobis aurum ex *Ethiopia*, qua est calidissima totius orbis regio, iam expurgatum & sua vena eratim adferret, deinde cum altero compararet quod ex Septentrionis frigidissima regione delatum esset, atque istud fieret de auro in Oriente, atque Occidente cruto; singularum regionū aurum repurgatum, eiusdem preci esse comparetur, atque eundem colorem in Lydio lapide relinquet. Nam vis & calore ignis excoſtū cūm sit, eius massa ē Septentrione petita neque deterior neque prior erit ea qua in Aleridie nata est, neque ullo modo ab ea differet: atq. omne aurum ē quatuor orbis paribus peritum, eiusdem qualitatis reddetur. Reliqua metallū etiam perfclissime repurgata, alteris sunt nature: nam leui etiam iniuria alteratur. At aurū, licet in tenuissima & aranearū telis subtiliora filia didicūtū sit, atque inter maximē corrodentia medicamenta, sublimatum, eruginem aris, sal & acetum sepultum, etiam si istic bis mille annos permaneat, non ideo corruptetur, quinimo perfclius expurgabitur. Quod si quis forsitan ista neget, nobisque animantia, plantas, vel earum fructus in exemplum adducat, fructus perfectiores in una regione quam in alia esse dicens, atq. animantia istic quam alibi esse seniora, vel ferrum, calybum, as, plumbeum, argentum, præstantiora & priuora in uno loco reperiiri quam in alio: ita se rem habere fatebitur; sed etiam negabimus quidpiam in rerū natura reperiiri, quod aeternum sit, atque omnibus iniuriis sic resistat ut aurum. Nam omnia p̄dicia corruptioni subiecta, leui de causa mutantur, & bonam sine prauam qualitatem in ipso ortu vel in interitu adquirunt. Hinc sit ut cum maxime vigent, eadem non sint. At aurum neque corruptioni neq. similibus alterationibus est obnoxium: sed quamdiu hec mundi

mundi machina consistet, perdurabit: quinimodo neque aer, neq. reliqua elementa, neque venti, neque mare, cuius maturitate promouent aut retardant, sed sua natura tale est.

Prius quam Syderocapsa discederemus, proximi montis celissimi fastigium descendimus, unde aperte insulam Lemnon & Athon montem in mari mediterraneo sita conspicimus. Deinde ad Macedonia continentem nos obuerentes, regionem in aqualem & montosam esse videbamus, quantum oculorum acies proſpicere valebat: binos præter a lacus, dimidi diei itinere inde distantes. Facile etiam confici poterant fodinarum loca, camini, atq. fornaces, hinc & inde per eos mōtes sparsa, cūm ad Orientem ad Occidentem. Insuper utrumque littus ad radices montis Athou, qua parte Macedonia contiguus est, discernere poteramus: videbaturque eius istib⁹ ad modum exiguius: sed cūm istic essemus, plus quam quadrante miliaris patere deprehendimus. Maxima pars arborum que sponte silueſtres suū montibus nascuntur, sunt ostrix, fagi, Grecis oxyæ dictæ, quercus, castaneæ. Domestica sine hortenses, sunt pyri, mali, amygdala, inglanides, olea, cerasi. Syderocapsa pagus ab omni antiquitate vixit, postea aliquandiu negligens fuit: sed ab hinc duodecimum aetate decimumquintum annum, denovo valde auctus est. Iste superstitiosum fieri vidimus medicamentum, quod quomam ipsi p̄fentes adficiunt, commemorare hic libuit. Turca quidam Judeum plene laborantem curare volens, eius mensuram supra aluum, charta excepta, quam ad nouellam inglandem deferens, ex ipsius cortice tantundem excidit, quanta erat plenis chartaceis mensura: deinde obmūnrat is plurimis turcicis verbis, atque ceremoniis quibusdam peractis, ad Iudeum regressus, certicem eius alio imposuit; deinde filo traictum ē camino suspendit, Iudeo affirmans eius malum diminutum, prout cortex exſiccaretur. Sed Turca nobis impereva

medicus atque Anatomem minimè intelligere visus est, qui splenis mensuram in medio alio atque ipso etiā umbilico sumeret. Iste duo Serpentum genera inuenimus, que nusquam ante nobis conspecta fuerant: Graci vulgaris ipsorum lingua nobis Sapids vel Sapiti nominabant, quæ dictiones plurem accedunt ad eas quæ veteribus Seps vel Sips dicebantur. Pyrites sine Marchasita Syderocapsa appellationem Graciam cū peregrina commutarunt: nemo etenim incolariē est, quisquis tandem sit, sine peregrinus sine Graci, qui Ruda non appellat. Alij Quiz vel Kuz, Germanorum more vocat. Excrementum vero, Latinis Scoria dictum, metallici, sine Serusani, Bulgari, Albani, sine Indei, Turce aut Greci, illud vocant Schlackna, que appellatio potius Germanica quam Graca nobis videtur. Aliud est porro excrementum genus, a Schlaken differens, ab illis Lesken nominatum, granus quam Schlaken, quod spuma quedam spongiosa & leuis est, uti metalli spuma: nam eximitur innatans venae auri & argenti fusæ & colligatae, & abicitur, quoniam nusquam ubi metalli funduntur, eius usus est necessarius, nō magis quam alius cuius excremeti inutilis. Sed Lesken sine Leskena grauis admodum est, eiusque usus magis est necessarius: nā Germani & Bohemi alius metallis illam permiscent. Quemadmodum vero Stimmi, quod Latinis Antimonium dicatur, metallicum est vulgare, Lesken sive in omnibus referens, eadem ratione atque ex eadem materia nascent, videbile ex Pyrite auri & argenti, valde utile campanarum fusoribus, tis qui stannia pocula conficiunt, præsertim vero speciorum confectoribus, & typorum fusoribus: sic etiam illud Lesken alius rebus mixtum utile esse posset. Sed nemo est in Syderocapsa, que eo uti velit: at tam certi sumus commodissime colligari posse cum ferro ad tormentarios globos efformandos, qui præstantiores inde redderentur, & multo minoribus

bus sumib[us] fieri possent. Nulli tamen illorum id indicare volumus, quoniam grauer peccasse visi fuisse suos: quandoquidem eius tanta est in diversis eius montis locis copia, ut facile his nullis centena nullia pondo collig: possent: eaque non modo ubi nō excoquuntur metallicæ ve[n]a, sed diversis etiam eius montis locis in quibus olim excoquabantur. Aliud nonen indere nequum est, quoniam eius appellatione antiquā minime intellectum: nā Greci qui in metallicis venis versantur, pauca vetusta nomina retinet. Syderocapsa incole, magnâ foliorum eius fructicis quæ Graci Rhis, Arabes Sumach appellant, colligunt, crescit enim in usque mōribus: res pelles & coria densant; ut Egypti siliquis cuiusdam arboris apud eos frequentis, Acacia vocata, Graeci & Asia minoris quā Natiā vocant incole calycibus Esculi: Ilyrici myrti nigra: Galli quercus corticibus: Lesby & Phryges picearu cortex. Et quoniam eo fructu abundant, lombri eius foliis emerant, atq[ue] alio transducunt. Sed & eius fructu diligenter colligunt, cuius (post quā nonnihil desiccarent) corticem illum tennent & rubrum admisent, abiecto duro qui subest nucleo, atq[ue] per vicinos pagos vendunt ad condendū & inspergandū eorum cibis, sine uero ex oriza consistent, sine offe, sine insula sint, aliavē eiusmodi edulria.

C A P . L I I I .

Multarum aliarum rerum singularium in iisdem fodinis & circa eius regionis montes ob eratatarum descriptio.

SPIRACULUM deinde in picere volumus quarundam fodinarum, que non multo autē prædinites fuerant, magnumque censum domino, qui Indau erat, referte solebant, sed quas, tam si metallis abundant, de se vere coactus fuerat ob demonem metallicum, qui illas obcedebat: is quoniam in capre aurea cornua gerentis forma se se mortalibus offendebat, idcirco spiraculo Hyarits cabron nomen inditum, quod in monte erat supra papu Planitz appellationis, apud riuum nomine Rotas. Idam ad ea

malignus erat, ut nemo vel solus, vel alius comitatus eas fedinas ingredi velleret: metus tamen eos cur minime ingredierentur hancquam impediebat: nam & alijs sunt metallici demones, qui, ut nobis relatum est, minime noxijs erat: sed & alijs erat qui operas etiam innabunt. Machine quibus venæ extrahunt, eiusæ generis perpetuo non sunt. Nam aliquando venæ adeo profunda est, ut duobus equis ad machine versandam opus sit: cùm vero non admodum alta est venæ, quatuor viri sufficiunt. Interdum etiam ipsa venæ in superficie & aperto est. Metallici quondam venæ colliquentes, plurimum circa suas fornaces laborabant, quoniam foramen quod in media fornace est, & per quod folium statim exspirat, continuo obturabatur abs excremento metallico, sic ut opus deserere cogerentur. Sed quodam die peregrinius qui sibi istac iter faciens experimentum eos docuit quo huic incommodo subvenirent: attamen illis minime prudentem existimavunt, quod gratis eos id remedium docuisse. Nam si precium artis petuisse, facile illi omnijs nomine bis mille ducatos dedissent. Remedium autem tale est. Caminum, ut diximus, die veneris sub vesperam singulis hebdomadis diruitur, atq. die tunc subsequente restabatur, qua temporis intercedente fornax & foca frigescunt: anteriorē camini parte restituta, magnam carbonis congeriem in imam fornacem conuicint, cui venam superaddunt, deinde rursus carbones; & sic alternatum venam & carbones superimicunt, donec fornax plena sit. Id semper primaria vice facere solent; deinde ignem carboni subiungunt, & aquam supra rotam immittunt; qua versata, solles qui ignem excitant, attollit, subito carbones incenduntur, & paulatim dum absumentur venam colliquant. Ita folium inflatio dies & noctes non intermititur: absumentibus vero se carbonibus & colliquante se vena, in fornacem iniiciunt album quemdam lapidem, in parva fragmenta contusum, ne spiracula

lum in fornace obturetur. Splendens est hic lapis & arenosus: quem duplice nomine inserviant pro nationum diversitate. Nam Seruani, Bulgari, Wallachi & Turca Varouitnico, vel Varouitnico, aut alia Graeca appellatione Assuelit vel Atueit dicunt. Is est lapis, quis illis, ut supra dictum est, demonstratus fuit: cumq. iter aut quater singulis diebus in fornacem maiore aut minore quantitate incircere debent, prout metallum colliquescens foramen per quod ventus exspirat, obturat. Pagus est supra Syderocapsam in summo montis vertice, qua Orientem spectat, situs, nomine Pianits, admodum incommodo loco, propter ea quedam duntaxat rugositas habet, tignis & asperibus retecta. In ipso monte magnos Scoriae siue Schlaken aceruos supra Pianiti inuenimus. Et quoniam a riuulis procul abest, subdubitamus, an olim venti beneficio, & non agne veterentur ad fornacem incendendam. Nam cum nullum istuc riuum conficeremus, metallum autem istuc fusse colliquata certissimum esset, cogitauimus iunc ignarium fuisse & sum adaptandi rotas, qua nunc viaque versata inflant solles qui ignem incendunt ad colliquandam metallicam venam, sed solles hominum labore agitari solitos. Sciebamus tamen, veteres in extrahendis & repurgandis metallis magna commoditate usos, atque eorum magnam quantitatem colligasse. Iste incidentur in pueros quosdam Gracos qui Erica genus colligebant, quod tota Gracia vulgariter nomine Phana dicithur. Cum vero quatione inter se Erica & Phana differrent, scire cuperemus, facile nos unica nota edocuerunt. Nam Phana collectum profertur, ad ignem struendum, nullum instrumentum ad eam eradicandam circumferunt, quoniam facile & minimo conatu cujus radicibus qua summa seliture sparguntur ut in cisto, & lignastro, euelli potest: erica vero minime, que sine ligone euelli hancquam potest. Ad radices verae montis, aliud est ingens pagus Se-

rimē dictus, à quo mare veteribus Chalcis dictum, den-
taxat quadrante miliaris distat: portus iste est satis tu-
tus carinis, in imo litorē eiusdem sinus, Chalcis nomine
dicti. Plus quam sex hominum milia ut plurimum labo-
rant in fodinis Syderocapse: quoniam autem Serine pa-
gus siccari mari cōtinuus est, & fornaces itē vicinioreſ ſunt,
opere eo confluunt, anno ne comparande gratia, que va-
rius loci iſtūc nāmibus infertur. Postquam tota hebdoma-
da colligatum eſt metallum, atque cui cura commissa
eſt redditum, plumbōq; ab auro & argento separato, bene
repurgata ſunt: ſuperest ut ab inuicem aqua fortis bene-
ficio ſeungantur. Et licet aurum purum ſit, iterum ta-
men repurgatur ea qua ante diximus ratione: deinde in
laminas funditur, illeq; in virga duarum orgiarum lon-
gitudinis, & digitalis crassitudinis & rotunditatis; he-
nde paruis & levibus fulcis designantur, ut cultro &
malleo in paruos orbes pōderis umbras ducati ſcindi queat:
qui poſtmodum magis complanati ad libram appendun-
tur, cuaduntur, & in ducatos exprimuntur eodem ipſo lo-
co: poſtremo Constantinopolim deferuntur.

Lacus illis vulgari nomine Peschar vel Conios di-
ctus, ſolummodo duorum dierum à Salomiki, & dimidij
dies itinere à Syderocapse distat. In eo varia pīciū ge-
nera inueniuntur, qua ſigillatim obſeruare volumus. Ca-
pitn̄ in eo pīcie quidam ab incolis Laros appellatus, à
quo auis Gracis rātio dicta, nomen ſumfit, quod eo pi-
ſee plurimum delectetur. Latinis Gania, Gallis Mouet-
te, Diepanis & Novi porrius incolis Manut. Retu-
limus alium pīcem, illis Claria dictum. Eū cū publico
oſtenderemus, conuenienter plurimi Iudei, qui eū ſquam-
mis preditione affirmabant, tamq; ob cauſam illo vesci
ipſis licere (etenim Iudei, quocunque loco habitent, nun-
quam pīcib⁹ vescuntur qui ſquamis carent) Sed cū
nullas ſquammas in Claria conſpiceremus, in ſumma di-
bitatio-

bitationem illos coniecitimus, ita in talem inter ſe alter-
cationem, ut parum abeſſet quin pugni & verberib⁹ ſe
mutuo exciperent. Qui recens ex Hispanis aduenerant,
alios accusabāt, & iſta conſuetudine improbabant. Qui-
dam eorum ſacerdotes qui iſtē aderant, pīcēm accura-
tius conſiderantes, quadam ſquammarum rudimenta in
pīce deprehenderūt. Tum in eam ſententiā ab illis ita
eſt, ſine ſcrupulo illis licere eo pīce vesci. Attamen nullas
ſquammas Clariam habere obſeruauimus, eſtq; is quem
Lugdunenses vne Lotte, Parisiensē autem vne Barbot-
te appellant. Inuenimus etiā pīciculū ab incolis Liparis,
hoc eſt, pinguis, vocatū; quē Autiores minime descripſe-
runt, & ſolum eius nomen apud Plinium exſtar. Reliqui
pīces qui in Comio lacu capiuntur, ab incolis Peschar, Re-
dina, & Couos, iuxta ripas lacus habitantibus, vulgari
proprio nomine dicuntur, Perchi, Pleſti, Platanes, Lipa-
res, Turnes, Grimadi, Schella, Schurnuca. Poſtularia,
Cheronia, Claria, Glanis. Vidi⁹ etiā alios pīciculos ma-
rinos, qui ad oſtia rivulicium ſā capiuntur, in forū dela-
tos: Gratinomanit Gyllari; quē ab Enthydromo Gelarin
appellatū existimo: ſed ipſi pīciculis nihil aliud ſunt quām
parui multi, quos Propotidis accola Cephalopola vocant.
Cū valles eius provincia humida ſint, & regio fit mōrata,
omnes capillares herbe, Aſplenio, Lōchitis altera, Cotyle-
do, et reliqua que humiditate gaudet, libeter innaſcuntur.
Cotyledon autē ſue Umbilic̄ Veneris, adeo rarum non eſt,
quām plurimis Gallie locis reperiatur: quoniam tamen eū
florente exprimi iuſſimus, et à nemine adhuc exhibuitur,
eū pīcū bic ſubiecimus. Hareū ſtrpiū nomina reccui-
mus, no quod iſtē plura alia genera no nascantur: ſed quia
cū iſtē eſſemus, plures no adnotauimus. Et vbiq; tandem
ſuerimus, animaduertendū eſt, me ſingulis diebus ſcripſi-
ſe, qua in hoc libro annotauimus. Quando autē ſtrpiū
quas ſingulis diebus conſpiciebamus nomina memoria
manu

mandare volebamus, singularum rāmulos aut folia in sacculum diligenter inferebamus, & cum sub vesperam in discessorū adueniēsemus, aut in umbra quiesceremus, singulas ex sacco eximebamus, & describebamus, ut hic videre est: qua adeo causa est, ut multarum vulgarium & omnibus notarum nomina, tum supra recensuerimus, & infra adhuc referemus. Idcirco autem illa sic descripsimus, ut notum facheremus, ea non minus in iis locis quam apud nos inueniri. Sed & instrumentum ferreum semper circumferebamus, cum ut stirpes erueremus, tum ut serpentes ē terra educeremus, cum eos in sua foramina irrepisse consiperemus.

CAP. L I T T.

Platimorum ferorum animalium nomina.

REQUISITI eius regionis incola ut carum ferarum quas in planis & montibus errare cognoverunt, propria nomina vulgaria nobis indicarent, ea sic retulerunt: *Platagoni*, *Gouidia agraria*, *Agrimia*, *Zarcadia*, *Agrionochtera*, *Squamzocheros*, *Laphi*, *Alopus*, *Lycos*, *Lagos*. Per *Platagom*, nostras *Damas* intelligunt; per *Gouidia agria*, boves agrestes & ferros; per *Agrimia Capream* sine *Boucestain* *Gallorum*; per *Zarcadia capreolos*; per *Agrionochtera Aprum*; per *Squamzocheros histricem*, vel *erinaceum*; per *Laphi cerum*; per *Alopus vulpem*; per *Lycos lupos*; per *Lagos lepores*. Quoniam porro ea Gallicē vel Latine exprimere satis difficile esse scimus, non alienum ab instituto nostro existimamus, non nihil de illis scribere, initium à *Capreolo* facientes, qui in montanis frequenter est quam in planis.

Zor-



Zorcadia igitur appellationem ad *Dorcada* accedere videmus. *Solinus Capream* Latinè describens, *Gallorum Boucestain* intelligit. Attamen *Theodorus Plinium* sequens, *Aristotelem* Latinè exprimens, pro *Dorcada* semper *Caprea* reddidit. Omnino tamen liquet, *Gallorum Cheneule* (quem Romani Italica dictione *Capriolo* vocant, cuiusque carnes hieme Romæ ad libram vaneunt) exigua ramosa cornua gestare, ceruini ferè similia, que singulis annis decidunt. Corpore ceruum refert, nisi quod minor sit, & hanc peculiarem notam habeat, quod canda omnino careat, quod etiā ab *Aristotele* est annotatum. Eum *Aristoteles Dorcada* appellavit. Probare anē volumus, cōvenire cū eo animali quod *Plinus Capreā* nominat, nisi quod in textu nōnulla appareat difficultas: sed nulla erit si hoc modo legatur: *Capreis ramosa* dedit natura, sed parua (deinde prout legendū) & fecit ut ceruus decidua. *Aristoteles* in tandem sententiam de *Capriolo* scribit. *Inter cornigera*, inquit, omnīus que explorata habemus, minimū *Dorcas* est, in ceruino quoque genere numerantur; ut quicunque habeat omib[us] annis decidua. *Gracis* diversis appellationibus nominarunt: nam quibusdam *Dorcas* dicitur, aliis *Zax*, vel *Dorx*, vel *Dorcaitis*. *Columella Capreolum* dixit. Videntis igitur *Cheneule* *Gallorum*, veteribus minime suisse ignotū, cuiuscum appellatio omnibus ferè locis vulgaris sit, omnibus notus est. *Gallorum Chamois*, qui *Gracis Cemas* dicebatur, Rex veteri dictione *Gallica Tard* appellat, *Latim Rupicapram* nominarunt; quod eius habitatio sit in duris & afferuis saxis, quo se noctu recipit, arque etiam interdū postquam coniunctum verba depastus est. Ut autem de quoniam animalia agimus omnes intelligant, eius iconem ad viuum expressam hic subiecimus.

*Si huius Tard aut Chamois cornua ramosa essent, dici posset *Plinium* hoc animal intellexisse cum de *Caprea loquens*,*



quens, sic ait, *Nec fecit ut Cernis decidua: nam hieme cornua non abiciunt, ut nec Gallorū Bouc-estain: sed cum ea ramosa non habeat, Caprea esse non posset.* Corpus quidē Capreoli habet, & pilorum colorē etiam similiē, diversitatem est narrare. Eius cornua sunt nigra, parua, rotunda, ad frontem inter oculos evecta, extremitate incurua: hinc sit ut sapientiū accidat eum mori, datus natus scabere volens cornua adeo aliter infigit, ut ea de-nuo eximere nequeat; vniū enim instar incurua sunt. Minore est corpore quam Dama aut Bouc-estain, atra linea spine dorſi longitudinem notante. Eius aures arietinis longiores sunt, color gilvus; atramque lineam virinque habet recta à cornuum radice supra oculos ad extrellum os dultam, & in labro superiore desinenteos. Frontem etiam veluti stella insignitam habet. Cauda superior pars nigra est, & satis pilosa, rotunda, & ut Dorcas longa. Gallica appellatio Chamois nobis recens non videtur, sed à Graca Cemas deduta, cuius Aelianus meminit. Nobis præterea agendum est de alio huīus generis animali, cuius nullam aptam Gallicam appellationem inuenientes, veteris quo Auctores donarunt nomine exprime-

re coactissimum, quod ex Hirco & Cerno compositum est, nempe *Tragelaphus*. Semili pilo præditus est quo Gallorum Bouc estain, sed nullam habet barbam. Eius etiam cornua non sunt decidua, similiaque sunt Capre cornibus, que interdum contorquentur ut in Ariete. Os, anteriores frontis partem, & aures Arietinis pares habet, præterea etiam scrotum, quod amplum & propendens est. Quatnor crura illis etiam similia, alba; coxa sub canda alba sunt, cauda nigra. Collis superior & inferior pars atque pectus adeo longis pilis obsocta sunt, ut barbatus videatur. Villi autem in scapulis & pectore oblongi, nigri; utrumque in lateribus maculam cineres coloris habet: nares nigras, os album, ut & totam inferiorem alijs partem. Ceterum quoniam postea de Hippelapho agemus, sciendum est, Franciscum. 1. Regem equum habuisse, quo posteriores corporis partes Cerninas haberet, ideoque plurimos cogitasse Hippelaphum vocari debuisse: sed id fieri nequit. Ambiant porro eundem equum à cerño qui in filia equam inusset fuisse prognatum, quod Hippelaphi non est. Nam Hippelaphus animal est sui generis, quale postea dicemus. Superest ut *Tragelaphi* iconem proponamus, quandoquidem nusquam alibi conspecta est. Diximus Gracos vulgi lingua *Damas* *Platagoni* nominare, quia Veteres platiycerotai nuncupabant: attamen Platyceros vocabulum in Aristotele non inuenitur, sed semper Prox dixit, quod interpretet *Dama* verterentur. Corpore quidem Ceruū referunt, & Capreolo maior est, sed colore differt. Damam minus caput habet Cerno: cornua illi etiam omnibus annis decidua ut Cerno, que antrosum protensa habet prater aliorum consuetudinem: gilvam habet dorſi spinam, atramque lineam secundum dorſi longitudinem excurrentem: cauda longa est, ad poplites usque propendens, uti vitulo. Sepè accidit ut eis latera candidis maculis aspersa sint, que vetustate perirent: acci-



dit etiam sapienti numero ut semine omnino alba sint, sic ut capre existimari possint, nisi pilum admodum breuens haberent. Ostenduntur eius cornua ingentis magnitudinis variis locis, qualia sunt ea que in gradibus & ascensu Ambosiane arcis conficiuntur. Iffic etiam conficitur effigie in lapide expressa alterius animalis huius generis, cui adposita sunt vera ipsius animalis, quod effigies refert, cornua: cuius rei ut mentionem faceremus, operi precium visum est, arbitramurque id esse animal quod Aristoteles Hippelaphum nuncupauit, quandoquidem barba predictum est ut Boue-estram Gallorum. Ut ut sit, animal sicut admodum rarum, & nisi in Gallia conficitur esset, eius statuam cornibus ipsius animalis impositis in ipso Regis palatio eretiam irinon arbitramur.

C A P. L V.

Profectio à Sydetocapsa in Bucephala. De flumine Strymone, & piscibus qui in eo capiuntur.

M A R T iter facientibus è Syderocapsa in Canalla urbem, que antiquitus * Bucephala dicebatur, dimidio duxit a taxat die opus esset: sed terrestre itinere profici-
scuntibus duo integris dies insumenti, disque maris litus legen-

legendum est: nam iter instar arcus inflexum est, quoniam sinus profundus est, Chalcidis sinum & Strymonium continens. Herbis & fruticibus abundat. Androsace, Chamasyce, Soldanella alias Thalassocrabedilla, Thymalus myrsinutes & paralias adeo frequentes sunt in litore, ut nihil illis sit vulgatus. Mare nobis ad dextram erat, & Continens ad laevam. Interdum superandi fuerant collis exigui, in quibus Terebinthi nequaquam in celatae arbores ex crescunt ut in Corcyra insula: sed ob regionem asperam & saxicam, Coryls altitudinem non superant. Altiores quas cōspexit arbores fuerant Aria & Phylaea, que quoniam apud nos non nascentur, Gallica appellatione carent. Ad littus recessi, & nonnulli in silvas declinantes, sub Cornis & Fraxinis iter faciebamus, non multo humilioribus quam sint Abies. Ruum qui è lacu Pescbar sine Conios effluit, trans nimis sicce pede ad ipsum mari littus, quoniam media astri rigebat; & aqua sub arenâ effluat. In planitate substitutus ad cunctem rivum sub umbra praeceiarum Terebinthorum non procudit a mari littore, & iam sub noctem pescatores inuenimus, qui uno sagene trahunt, circiter sexaginta piscium diversa genera ceperant, quos illico observauimus & descripsimus. Sinum monte Atho proximus, alias Strymonius dictus, adeo amplius est & altus, ut integro frē die secundum illiem iter fecerimus: paulo post illo restitto, per continentem defleximus: versus urbem Tricala, olim Trica dictam, ubi nūc sedes eit Sangiac vel Prefecti Macedoniae, easq; urbs nunc e primaris totius regions est, in qua magna tritici quantitas inuenitur ad naues onerandas que ad Strymonis ostium appellunt, à quo urbi non procudit abest. Strymonis fluens, quod e Tricale urbis cōterminis sicut, inuenimus, quod multanūc uigaria habet nomina: nā ubi in lacus exspatatur, à pagis vieniū nomine sumit. Plurimi Cygni, alijsq; aquaticae aves eiusdem magnitudinis, quas

Aristoteles Pelecanes, & Plinius Onocrotalos vocavit, istic conspicuntur, qui in illo flumine alimentum sumunt: Lentum est attamen, non profundum, & humiles ripas haberet, quem ob rem admodum herbosum est: tribulus aquaticus tanta abundantia istic nascitur, ut non abste scripserint veteres, suo tempore equos istic ali solitos tribulus. Latum est nonnullis locis, in quibusdam etiam valde angustum. Eius cursus frequentibus cararactis retinetur, ut molas versare possit, quemodmodum in Gallie fluminibus fieri solet. Rota autem ab aqua per alneum ducta versata non sunt, sed similes iis sunt quae molem Ligeri natantes habent, nisi quod ex angustioribus afferibus collatis sint. Moltores Gracè loquuntur, a quibus piscium quos in eo flumine capiunt, nomina didicimus ut sequuntur: Cheriscaria, Cephalos, Glaignon, vel Ganos, hoc est, Silurus, alias Hyena, Platanes, Challi, Turnes, Grinadies, Monstacatos sive Mystus, qui Barbeau Gallorum est. Anguille sunt insignis magnitudinis. Id flumen etiā Marmara vocatur, quoniam magnum pontem ligneum habet sub pago Marmara, quem Abraham Bassu exstru iussit, & quod ante pagum, magnum sit stagnum eodem nomine Marmara dictum. Plurime nanas velutis & Ragusa, Chio, & Gracia, Venetia, ac interdu ex Aegypto humi fluminis ostium ingrediuntur: & istic brevi tempore tantum tritice reperiunt, quod ad eas onerandas sufficiat. Adhuc hanc merces eam regionem unde soluerunt, ingrediunturque fluminis ostium integro serè miliari, atque interdu bimetihi harent biemali tempore: & postquam merces quas adhuc erat venundata sunt, & tritico, lana aut coriis sunt denuo onus. primo vere ad suos revertuntur. Rydera cuiusdam urbis ad Strimonis ostium conspicuntur, que nunc planè deserta est, quam rustici incole Chrysopolis nominant. Plinius tamen Chrysopolis non procul Chaledone ponit.

Con-

Competitum deinde sumus urbem vulgo Ceres nuncupatam, veteribus Cranon, amplam in planicie Thracie, & quasi in Macedonia sitam, in qua binos dentaxat dies constitutus: ex Ceres in Tricala profecti sumus; & è Tricalanostrum iter connectimus ut in urbem Philippi veniremus, ad latus habentes magnum montem vulgo Despotanuncupatum. Maxima planicies erat, frugis ferilis, & aliis irrigata, multisq; pagis exculta. Ad dextram Pangeum montem reliquissimus, in quo etiam nunc argenti vena eruitur. Omnes Tricala & Ceres incole Graca vulgaris lingua utuntur; sed Indai qui eis etiam incolunt, Hispanicum & Germanicum idiomam calent. Rustici Grece & Scruiane loquuntur. Cum in Macedonia essemus, nullam unquam urbem, aut pagum adiuvis, in quibus rusticis Selinum nostrum vulnare nobis non vocavit Macedonike vel Macedonico: eadem nomine in aliis Grecie locis dicuntur, excepta Cypro, ubi Condomalo appellatur: sed Eleoselinum quod vulgo apium dicitur, ab omnibus in genere Selino nuncupatur, idque humidis locis diligenter colunt, atque crudo vescuntur. In Philippi prosciscuntur, & per fodinas Castagna iter facientes, intellectimur eis duntaxat argentum & plumbum dare, & interdu paululum quiddam auri: sed eis duntaxat, in transitu consperimus, nec ibi substitutus. Quaecunque loca ante peragassemus, viscum in Quercubus nascens nunquam videre contigerat: sed iter facientes per silvam que est in planicie in extimo finu Chalcis nuncupato magna copia innenimus. Nulla querens est inter montem Athos & urbes Ceres & Tricala secundum publicam viam que viscum non alat, quod differt ab eo quod in malis, pirus, & aliis arboribus nascitur, & ab omnibus rusticis Oco nuncupatur: nam tenacissimum viscum ex eius bacis faciunt. Eius provincia culta arna, præsertim que circa radices collicularum sunt, plurimum corrumpuntur.

I

partur

152 P. BELLONII OBSERVATIONVM
puntur *Paluvi* & *Rhamni fruticibus*: nam serpente per
cultum solum, multum loci occupant.
<sup>* De hac vide nostri Abrahams Oreti, Thesaurum Geographicum, in
ditione Bucephalos.</sup>

C. A. L. V. I.
Plorimatum antiquatum & rudetum urbium Macedoniz
descriptio, atque de Philippi & Philippopolit.

D U O R U M duntaxat dierum itinere a Tracia sine
Tricala distat Philippi rudera, que urbs nunc omnino
corruuit: vix autem triū dierū iter est a Philippis Philippo-
polis, quae etiam ampla urbs est in Macedonia. Sed quo-
mā Macedonia fluvia Strymonē includitur, Anttores in
Thracia eā reponunt. Philippopolis antea temporis di-
cta est: sed quoniam Philippus Alexandri pater eā pluri-
mum auxit, utramque suo nomine appellauit, una Phi-
lippus, alteram Philippopolin. Philippis sita erat, ut & nunc
est, regia via qua Roma Constantinopolim & in Asiam
ducebat per continentem, verum non procul a Mari ab-
est. At Philippopolis in continentis sita est. Regia via, Ro-
manorum tempore, euntribus Roma Constantinopolim
ducebat Brundusium, deinde transiendum erat Hadria-
num mare, & appellatum Velona aut Dyrrachium, de-
nde Philippus proficiscendum erat, postea in Bucephala
mare denuo condescendendum, & deinde in Alexandriam
Troas appellendū. Biduo hēsimus ad conficiēda Phi-
llipporum rudera, ubi nunc duntaxat pagus est, continens
quinas aut finas eis extra muri circuitū, apud aquam
exstructas. Idem est Philipporum situs eademque structura
qualis in Philippopolis. Nam Philippi magnam pla-
niciem cingit, & proximi montis partem usque ad ipsum
fastigium, ubi myrus definit in arcem elegantis structi-
re in ipso monte sitam, que cisternas adhuc integras re-
tinet. Philipporum muri, fere omnino diruti sunt, qui ex
lateribus & calce constabant, & nonnullis etiā locis qua-
drato lapide, sed neque vallo neque fossa muniti. Huius
urbū

urbi meminit Galenus: nam cum Troia, que tum Ale-
xandria dicebatur, Romā proficisciatur, ea via, quam
ante diximus, incessit. Nam postquam Lemnon reliquis-
set, per urbem Philippos iter illi faciendum fuit, quam
plano sita est ab Orientali parte, montem vero ab occi-
dente haber, qui illi propugnaculi loco est. Planities adeo
humida est, ut quodammodo palu videatur: iste Al-
thea flumen fert florem, quemadmodum etiam T heo-
phrastus apud Athenas Orchomeno lucu nasci refert.
Crysus frequens admodum est in Thracie & Macedonia
pratis: quē neque Gallia, neque Italia alti. Nullus locus
est, ubi maiora marmorea sepulchra conspiciantur per
agros sparsa, quem in Philippis: solido enim & paro-
marmore albo constant. Restant adhuc variis motu leccis
pleraque inscriptiones rerum & Romanis gelatarum
in marmore Larinis literis incise. Insula Tasso di-
midū diei solum itinere inde distat, ex qua erubatur
candidissimum & elegantissimum totius orbis marmori
atque arbitramur marmorea illa sepulchra per agros se-
cundum publicam viam sparsa, ex Tasso fuisse delata.
Inter illa vero nullum restat magis inter eum, quam quod
medici Alexandri fuit, in quo adhuc eius epitaphium
conficitur inscriptum characteribus Graci, sed ex par-
te corruptis Serianicis; qua causa est ut difficulter legi
queat. Quemadmodum vero sepulchra unico cibitabat la-
pide extanato binas orgytis logo, dimidiari orgyiam latu,
atque humana longitudine alto: sic operculum habebat
unico lapide constans. Excellentia & amplitudo urbis
estimari potest magno illo sepulchrorū numero: nam au-
tiquitus opulentis Graci recondebantur marmoreis sepul-
chris extra urbem in apertis agris, ne urbis incola pesti-
lentem cadaserū odorem haurirent: Graci etenim cadas-
era non vrebant, neque terra sepeliebant ut in Italia,
vique nūc in Gallia solemus. Itali porro alias sepeliens

cadaueræ consuetudinem iam habent à nostra diuersam: nam formætascriptæ variis temporis locis exstruunt, quæ unum in summo foramen habent, in modù oris patet fabricatū, quod unico orbiculari lapido claudunt: habet vero is lapis ferreum annulum appensum, quo cùm opus est, sublenari posse. Cum autem cadaueræ adseratur, incriptam per foramen admittitur, nulla terra superinicta: deinde foramen denudo clauditetur suo lapide, calceque in circuitu munitor. Pagus est in planicie quadrante milievis à Philippis nomine Bolisse, ubi ingens marmoreum saxum vidimus cùm hac inscriptione: Neuit multe in testamento, quo apud pacum aluei loco ad aquam excipiendam utrantur.

Paulo ultra Philippis secundum regiam viam ingens lapis est quadragulus erectus instar supreme partis obelisci chusdam, Latinis literis inscriptus, sepulchrum olim C. Vibij Cor. Quartii. Fabulosa quedam de eo incole narrant, eque Alexandri magni præscipuum esse existimantes: per equam autem Bucephalus intelligendus est. Ad eum lapidem uti raro quidpiam conficiendum nos deduxerunt. Ingens autem & oblongus, erectus & summa parte excavatus. Urbi Bucephala qua ab Alexander equonomen sumpsit, vicina est, de qua postea Philipporum rudera & ruine non minus sunt admiranda quam ultius alterius urbis. Sed id lapidum commodatis tribuendum indicamus, cum ipsa marmoris fidina sine latomia ipsius urbis muris sit inclusa. Pulcherrimum istuc est Amphitheatum quod in hunc usque Ædem integrum conservatum est: posseque in multis adhuc annos perdurare, nisi Turce gradus, qui marmorei sunt, austerrarent. Onali forma non est exstruita: ut quod in Otricholi aut Romi conspicitur: sed sphaerica est figura veluti Nemanense aut Veronense: undeque etenim clausum non est. Qua aditum præbet, meridiæ obiectum est, atque a sum-

mo ad solum usque apertum est, & lumen admittit. Loco admodum commodo exstructum fuit: nam in ipso monte variis locis gradibus marmoreis incisum est. Antiquissima quæ istuc restant veteratissima monumenta sunt quatuor ingentes & crasse columnæ, quæ templi Diuo Claudio dicati sunt reliqua, in quo conspicuntur adhuc plurima marmorea statua & columnæ Doricæ & Ionicæ operis, insaniis structura & summi artificij.

Nacti Caloierum e monte Castagna, Philippis discensim, ut quatuor monasteria in eo monte sita conspicere mus. Alii vero si mons Platano, Eagos, Arboris, Andracches, Illices, Aram, Alaternum, Abieres, Pinastros, & Esculos. Cornu feminæ veterib[us] Macedonibus, quam Gali Latinos imitati Sanguineum sicutum appellant, haud minor in eo monte nascitur, quam maiores nostri. Cornimares.

CAP. LVII.

Bucephalæ urbis, olim Chalastria, nuocerò la Cavalla non cupax descriptio.

POST QVAM biduo integrum per eum montem iter fecimus, uno die & semissæ in urbem Canallam peruenimus, qua olim, ante quam Alexander Bucephalam eam nuncuparet, Chalastrea dicta fuit: nec Philippus Casanobis regrediendū fuit, sed ad sinistrâ reliquias, Cauallæ urbis est à Bucephalo Alexandri equo sic denominata. Plerique ex Plini lectione in dubium venerunt, in qua illa præsumptum prouincia exstruilla esset Bucephala. Nam ¹³² Indum suum desribit, Bucephalam aut caput ¹³³ fuisse Asenoriorum trium urbium incolarum, Alexandri regis equo (cum fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Sed ¹³⁴ idem Graciām describens, sub finem capitis in quo de Achaea agit, Bucephalū portū esse ait, quæ Anthedon cōtingit. Mela etiam Graciām, præsertim autem ¹³⁵ Ma-

136 P. BELLONII OBSERVATIONVM
cedonia describens Anthedonis meminit; & paulo post Pe-
loponeſis ſinuſ & promotoria recēſens, Bucephalo ab Oriē-
te numerat, unde liquet Bucephalon fuſſe promontorium
vel ſinuſ. Sciendum porro eſt, Bucephalam Gracia ur-
bem eſſe in promontorio ſitam, quod in mare prominet,
atque a Philippis duobus duntaxat miliaribus diſtare, &
nunc amonam habitationem prabere, tametq; paulo ante
omnino deſerta & diruta eſſet. Nam poſt quam Turce ē
bello Vngarico redeuentes, omnes Indos quos Bude, Peste,
& Albe regali inuenient, abduxifſent, & in Caſallam,
Tricalam ſue Tricam, Ceres ſue Cranon colomias deduc-
cere iuſſerent, ſemper deinde habitata fuit: ſic ut plures
quam quingenti viui cūm Iudai tum Grati & Turce
iſtic viuant. Eius ſitus Lemni urbis ſuſi ferè ſimilis eſti-
nam ita unidue mari cingitur præterquam poſteriorē
parte, que admodum anguſta eſt. Magnum habet por-
tum, ſed male fidum: eam ob cauſam biremes & lembi &
celoces (ſed iuntur iſtic herere debeat) in ſiccā educi ſolent,
quoniam multis ventis expositus eſt: in neceſſitate tamen
naues in eo tempeſtatem etiam ferre poſſent, ſed admodum
aſſigerentur. Plura etiamnum integra cifterna ſuper-
ſunt intra urbis ambitum, qua nobis aliai veteres Creta
ruinas in memoriam ſuggerebant, nomine Helenico paſſo
Castro, in monte ſit uſa paulo ſupra Quiffamus. Et cifterna
adeo tenacirudere ſunt exſtructe, ut non minus mar-
moreo ſaxo ſint duraturae. Caſalla una eſt ē Macedonia
clauib; vii Philippos dicere ſolebat Magnesiam Gra-
cia eſſe clauent.

CAP. LVIII.

Muros qui ſuſa Caſallam adhuc ſapertunt, Macedoniam &
Thraciam diſtinet.

EX STRVCTVS ſuit aliquādo validius murus ſupre
Caſallam ſummo montis vertice, qui etiamnū integer co-
ſpicitur quadrante ferè miliaris longus: certum eſt eum
Thra-

LIBER I.

137

Thraciam à Macedonia diſcem: ſe hoc eſt, viriſq; prouincie
dominiū. Nā Cosmographi Philippoſ & Philippo-
polem ē Macedonia excluſerunt: qua tamen urbes capita
erāt territory Macedonia, licet eis Strymonē amonam ſue
fuit. Murus ille qui ſuſa Caſallam iter preecludit, in
fornices exſtructus eſt, binosque interius mēaſa habet, illi
muro ferè ſimiles qui Roma a Dini Petri templo ad Diu
Hadriani molem ſue S. Angelī arem deambulacrum
modum exſtructus eſt. Extremum murum in ſummo mon-
ti vertice claudit cratſa turris, que propugnaculi vicem
prehebat aduersus Thraciam. Pauci ſunt annū quod
Abrahim Baffa aqua duſtum reſtituit, qui a Macedonia
Regibus aliquando exſtructus eſt, per quē ſoni decur-
rit plus quā tribus inde miliaribus ad Caſallā urbē ſuſq;
ſcatuſigine enim habet in preeclſo quodam monte, cuiusque
ſemper latera per canalem ſtrigit, donec ad vallem quan-
dam perueniat, quam ut ſuperaret, prealtari ſornicuſ
ſtructura opis ſuit, ut in urbem deauci poſſet: trignia
enim orgyiarum altitudinē ea fornices ſuperant. Ob ſum-
mam porro huius aqua fontana commoditatē, admodum
populofa reddita eſt hec urbs, que ante deſerta erat.
Taffor iſula, in qua olim trivemum Alexandri ſatio
fuit, duobus duntaxat miliaribus à Caſalla diſtabit.
Idem Baffa urbem etiamnoiſis mēmibus cinxit, in qui-
bus lapides conſpeximus Latinis literis inſcriptos, eo quo
Romani Graeciae dominabantur tempore. Vnam inſcrip-
tionem que ad baſim crati cuiusdam muri erat, ſic ex-
cepimus: P. Hostilius P. S. L. Philadelphus petram in-
feriorem excidit, titulum fecit, ubi nomina cultor
ſcripſit & ſculpſit. Sac. Urbano. S. P.

I 5

CAP.

Nulla apud Turcas esse diuersoria; sed Nosocomia iuuenienti, ad quæ diversitate licet.

SIGNIFICATVR IN nulla apud Turcas esse diuersoria, de magno quodam edificio agemus, quod Abrabim Bassi in Canalla exstruunt curauit, proprio nomine à Turcu Carbachara dicto (cui templum sine Mosquitam adiunxit) ad omnes qui istac iter faciunt excipiendū, & educandum. In eo, cum essent solitudo tres numero, cum nostris uementis per tres dies commorati sumus, & necessaria accipimus, sive villa eorum qui huic prasunt, molestia, & que gratis. Sapius de hoc vocabulo Carbachara agemus: cito itaque hoc exemplar reliquorum. Nos Gallice alio nomine efferre non possumus quam Carbachara: quoque commodius intelligi queat, statuendum ante omnem est, nulla esse in iis provinciis qua Turca imperio subsunt diuersoria, aut loca que iter facientes excipiant, nisi publica illa edificia Carbachara appellata; quæ diuersis rationibus exstruella sacre, inter quas hec maximè est visitata. Satrapa qui in Turcarum Imperatoris aula vel aliqua alia ratione opulentie eaferunt, pium aliquod opus diem adhuc in visis sunt facere volentes, quod ad ipsorum salutem confere credant, tales structuras pio quodam zelo fieri curant: nam nemex sanguine coniunctis illis notus est, cui beneficium aliquod prestatare velint. Eius rei causam alias dicemus. Talibus ergo structuris summum aliquod bonum se facere existimantes, publica utilitatibus gratia, multas egregias structuras restituant, velut elegantem aliquem pontem, vel amplum xenodochium Carbachara dictum, cui magnificum aliquod templum Masquite appellatum, adiunctum sit, & huic proximum aliquod balneum. Atque ut iis quibus in xenodochiis & templis distributa sunt officia, suppetant necessarij sumptus, vt sunt qui impenduntur in comparanda

randis lignis ad focū stipendia sacerdotibus qui preces faciunt per soluenda, coemendis terra & oleo quorum in templo usi est, aliisq; rebus ad culinam necessariis & in hospitium alimentum cedentibus, annuos census instituere solent. At iis qui hospitio exsipientur, omnes suppelletilem circumferre necesse est, utrū culictrai, leictū, & linoes panos, aliaque eiusmodi: nibil enim istorum illuc praberetur, prater cuoreculum aliquod exiguum & inane: sed singulos iis que attulerint uti necesse est. Illico postquam aliquis appulit, suppelletilem suam explicat: & si aqua opus habeat, easdem eodem quod attulerit vasculo ferre debet: atque cum offa in Carbachara costa est, quisquis ea vesci volet, suam scutellum prabere deber. Sed datur etiam carnes & panis. Nemo istic excluditur, sive iudicatur sive Christianus, sive Idololatra sive Turca. Quoniam porro Turce suas officia, sive pulles propriis nominibus expriment, signatim indicare voluntus, quid facientibus iter erogare soleant. Imprimis liberaliter pulitem prebent ex Trachana, vel Bohourt, vel Ascos, vel oryz a cosecam. Leoni in insula incole ex frumento & oxygala commixtionem facere norunt: primum enim decoquunt frumentum, postea ad solem exsiccant, & ex eo compositionem faciunt ab iis Bohourt incupata, qua inde per universum Turce dominium transvehunt, quoniam in pulibus parandis plurimum ea utuntur. Aliam præterea istic ex frumento commixtionem faciunt Trachana dictam, qua minore in usu non est quam superior. Eam esse consimili quamvis Græci & Itali Mazā vocabant. Diuersum istarum compositionē Bohourt & Trachana adeo frequenter est ut nibil supra. Nunquam enim bene epulantur, quia eis in suis pulibus decoquunt. Oryza preterea tantus est usus, ut singulis annis ad minimum sex natus ea plenæ ex Acyprio Constantinopoli aduehantur atque exonerentur. Frequenti etiam illa in usu est ligna-

dū enim Olea & fructifera alia arbores curā & culturā experītū: sic Lentisci, nisi necessaria cura adhiberetur, exiguiū gumi prouentū daret. Leti: sc̄ per Gallia Narbonensem. Provinciae & Italia nascētes, usqua in Chio crescent sunt similes: attamen nullā Mastiche prabet. Eructur ex ea in insula peculiare genus terra viretis, aruginis artis colorē ad modum referens, quam in Turce a domino terram Chiam nucupant: attamen veterum terra Chia non est, sed Vitruvi⁹ Theodotion. Nulla urbs est in qua humaniiores sint incole quam in Chio. Nec locum aliquem sumus ubi suavior vita ratio haberi queat nostro iudicio, & in quo feminaz suanioribus moribus & elegantiore forma sint predita. Celebrata olim pulchritudinis adhuc amplius testimonium prabent. Ut enim quedam nymphæ huius insula ob insignem candorem vocata est Chione à vocabulo Graco χιών quod niuem significat: sic insula ab eadem nymphæ χιών vocata est. Sed & viri in ea insula admodum humani sunt: licetque Graca insula sit: magna tamen ex parte Franko more, hoc est, Latino vivuntur. Plurimi incolarū Graci cum sint, & Graca vivendi consuetudine uti velint, cuiilibet tamen vivendi rationem diligere permitunt que magis arridet. Utriusq; religiosis obseruatio plurimum differt. Nā qui veri sunt Gre- ci, si quempā e suis Quadragesimali tempore piscibus sanguine preditis vesci videant, plurimū offenduntur. Quid illud est (inquit) an nō Romeo es? quasi docerent, Nonne tu Grecus es? Nam qui Greca religionem settantur, Romani appellantur: qui verò Latinam, hoc est, Pontificem Romanum agnoscunt Franke. Quoniam vero Graci prohibitus est eis piscium sanguine preditorum in Quadragesima: si quis eiusdem religionis his vescat, offenduntur, adeo sua religionis obseruentes sunt. Chios autem cum partim Genenses & Itali, partim Greco, & Turca tributarī sunt, in solita libertate vinunt, quam il-

lis Turca conservat. Ante quam hac insula in Turca potestatem veniret, Genuensibus omnino parbat. At postquam Turca eam occupauit, Genuensibus non adeo subiecta est, quin administrationem Reipublice pro sua voluntate gubernet, haudquam ex Genuensem arbitrio. Quemadmodum & Reipublica Epidaurica, que similiter Turca tributaria est. Insulani partim lingua Graeca, partim corrupta Italica, qualis est Genuensis, utuntur; Vestium autem forma & villius ratio Genuensem est. Mastiches prouentus in ea insula tantus est, ut singulis annis Turcico Imperatori pro quaternis vel quisquis millibus ducatorum pendant in deductione eius summae quam illi tributi nomine dare debet: & singulai consernas libras centenis quinis ducatis estimant. Quidquid eius superest, sibi reseruant. Galli mercatores Mastiches precium idem perpetuo esse considerantes, existimant atque etiam referunt incolas, collecta eius certa quantitate, reliquam abudere. Sed id veritati minimè consentaneum est: nam, vii diximus, magnas impensas in Lentisci fructicibus colendis & curandis faciunt. Sed quoniam Turcico Imperatori singulis annis pro quatuor aut plurius millionibus ducatorum estimatione pendunt, eius precium vel augere vel inominuere non licet.

Cessante Auctro, qui nobis aliquamdiu aduersus fuerat, vela explicimus, atque Thracia satis secundo versus Alexandriam nauigauimus. Prima quā ē longinquus prospexitus insula, Icaria fuit, nunc Nicaria appellata, quam ad dextram reliquimus.^{*} Exigua est insula, Reipub. Chia subdita, nonumē lata, sed in longitudinem profensa, non admodum magnis montibus praedita, atque rarus silvis, sed frumento, & optimis pascuis prouibus abundant, ē quibus ingentem cascorum numerum colligat. Tuttos portus habet hec insula: atq. nisi pyrata huic (quemadmodum & plurimi aliis paruis & desertis insulis) negotium

gatium facerent, longe melius coleretur. Nā vilis etiam quis pyrata cō appellens, atque in incolas impetum faciens, eos comprehenso, & intrirem conicitos, vi abducit. Paulò post procul admodum inuentibus Samos apparuit, quoniam praaltos montes habet. Deinde longius progressi, Ion inter Icariam & Naxon vidimus, in qua Homerum sepultum ferunt.

* Que nocte de Samo insula in Gallico exemplari insperata fuit, fistulis, atque tubis capitis finem reposat: alioquin non constitutus filii Bellouci. Sed & Ion incolam male collocare videatur inter Icariam & Naxon, si topographice tabulæ recte sunt, quæ loca longè infra Naxon reponuntur.

C A P. IX.
De Insula Samo.

TAMETSI insula Samos ampla sit, utpote que quingenta & octoginta octo passuum milia in ambitu habeat: deserta tamen est. M. rum j. est eam ita negligit, quandoquidem olim adeo celebrata potensiā fuit, ut cum Atheniensibus decertare auderet: pyratum metus eam adeo desertam reddidit, ut ne pagi quidem unius superfit, eamque ob causam nulla pecora in ea alitur. Orbicularis potius est quā longa aut in latum extensa, & solo canali sine angustiis ab Asia continentem separata est. Ea insula pars que Septentrionalis & Occidentalis obiecta est, celsissimum praecepitumque & scopulosum habet montem, qui olim Cercetus dictus fuit: sicutque eum scopuli penè inaccessibiles. Nauta Gracis in nostra navi recessus, qui eam insulam perlustraverat, multos isti sic conspexisse rihi nos referebat: nos enim (tametsi non procul à nobis esset) ē nauis duntaxat conspeximus. Praetarum arborum nemoribus abundat, ē quibus brevi temporis spatio pyratae naves sibi fabricare possunt, ad pradas in mari agendinas.

C A P. X.
Disceptatio de pyratis, eorumque definitio.

QVONIAM quid sibi hoc vocabulum pyrata velit; Mediterranea regiones non satis intelligunt, atque in

N. 4 ipsorum

ipso rū potestate suimi; quid Pyrata sit, edocere volumus. Ut id porro paucis demonstremus, quomodo se se sustentare queat, atque unde originem sumat; imaginandum est, tres aut quatuor viros nauigandi peritos, atque audaces, fortuna se se exponere, qui cum initio egeni sunt, unicusq; nauiculam prædatoriam aut vitem dromadēm habeant, pyxide tamen nauigatoria sive quadrante quod Bussolo vocant, præditos esse, atque bellico apparatu, videlicet leuibus quibusdam armis ad eminus ferendum. Pro sua alimonia saccum farinæ secum vchunt, atq; nonnihil panis biscotti, tremolei, mel, aliquot alliorum & separatum simili colligatorum fasciculis, & salis medicum, qua in menstruum spacium sufficiant. Rebus ita coparati, mari se se exponunt, eo nauem dirigentes ubi qualcum facere sperant. Si ventius aduersus terram petere eos cogit, nauiculam in continentem tradunt, eamq; arborum ramis tegunt: tum ligna securibus cedentes, nem struunt, placentque ex farina conficiunt, quam eadem ratione coquunt, qua olim Romani milites in bello facere solebant, qui aream aut ferream laminam gestabant, qua binis lapidibus imposita, ignem substruebant, sed supra extensa prius placenta, qua ignis ardore incandescente lamina, percoquebatur. Cum igitur uia parata omnia habeant, fieri non potest, quin uno aut altero mense optimam aliquam predam nanciscantur. Quam si faveente fortuna adepti sint, brevi opulenti sunt. Ut ut sit, nulla adeo exigua præda illis contingere potest, que ad maiora illos aspirare non faciat. Quoniam vero hac pessis adeo contagiosa est, ut uno die ex Asia in Africam transvolet; nemo est qui non magnopere eam metuat, sibiique, quantum possit, ab illa caneat. Id malum publicum est, quod continentis incolas cogit ipsos in mari obseruare ea qua dicemus ratione. Nulla sunt in insulis sive in continentis littore montium iuga, in quibus interduo non constituantur excubitores,

qui

qui obseruent an aliquos pyratas in mari nauigantes conspiciant. Quid si nauem aliquam viderint, facile discernerent sine pyrate alicuius necne: nam tam dextre dissimilare non poterint, quin suspectos se reddant. Semper enim latibula queritant, hinc inde obseruantes, ut aliquem inopinatum opprimant. Si excubia eiusmodi naues in mari conspexerint, subito ignem accendunt; qui quoniā interduo confici non posset, de industria materiam aliquam præparatam habent, qua ingentem fumū excitent. Si plures naues conspexerint, variis locis fumū excitabūt: nā multi fumi plures naues conspectas esse indicat. Hū signis omnes vicinū portuū incole, admonētur, ut sibi caneat. Relique qua in aliis montiū iugis sunt excubia, priorum exemplū sequuntur, tamen si nihil aliud quām fumos videant. Sub nocti verò crepusculū, luculentum ignem excitant, qui ab omnibus conspicuntur. Nam ea nauis arū est consuetudo, ut sub nocti crepusculū omnes ad ea loca ubi collocata sunt excubia, oculos connectant, scientes excubias singulis noctibus lucidū ignē excitare, in securitatis indicium: idq; appellat, litus marinū atque ipsum euā mare nitidum & purum esse; ut contracum multigneas conspicuntur, maritimā orā nebulosā esse. Quid si speculatoribus ignes excitari, duas hostiū naues conficitas esse indicium est: id est de tribus, quatuor, aut plurib; Quid si plures ignes excitari, quam ut eorum numerus sufficiat queat, indicium est tot cū cōspexisse naues, ut eas numerare non valuerit. Istud ignis indicium omnib; locū tam in pace quam in bello obseruatur. Istud invenitum inter cetera Republica maxime utile est. Nam unius diu taxat specula exploratore opiss est, ut unius sam prouinciam commonefaciat. Speculatoribus enim sibi inuicem respondentibus, is qui procul absit, nō minus admonet eum qui longius absit, quam si ipse vidisset: idque unica eiusdem diei hora, ad plura quam centum quinqueaginta

miliaria. Sed non est recens inuentum. Herodotus enim refert, Scyri incolas admonere potuisse Grecos plus quam triginta miliaribus inde distantes, de tribus triremibus quas illis Xerxes ademerat. Similis ignis ratione non minus in Anglia obseruatut, praesertim belli tempore, quam in mari Aegei insulis. Nam ad unicum ignis signum in proximo monte editum, minus trium horarum spacio omnes vicina regionis incolae cum armis congregabuntur, cumq[ue] singula tribus sciant quod illis proficiscendum sit ad hostes reprimendos, eos a suis littoribus arcent, nec in litus descendere patiuntur. Hec omnia pyrata non ignorant: eam ob causam noctu plerumque navigant, atq[ue] ad littus appellunt loco iis maxime opportuno, ut suu myoparonem in littus peviratulum ramis regere queant. Interea oculi habent insidiati iis qui e pagis adueniunt, sine pa-scendi pecoris oratio, sine aquandi, sine quidpiam aliud agendi; quos statim comprehendunt, iisq[ue] compedes iniicientes ad remos impellendos trahuntur. Si industria fuerint, & bimeti strati solium modo spacio pyraticam exercuerint, segnes admodum fuisse eos necesse est, nisi duodena mancipia noctis fuerint: quorum numerum ea ratione augendo, sensim maiores naues sibi comparant, donec triremis aliquius fiat domini. Quod si forte fortuna bina Pyratarum turma simul societatem ineant: tum liberius grasantur, non minus enim hostes sunt sanguine iunctorum quam quorumlibet exterorum, nec ullo modo iis parciunt. Bini dunt axas pyrata impetum facere audebunt in Squirasse, Marciliane, Luc, & eius generis minuta nauigia. At onerariam nauem adoredi non audebant, modo aliquot tormentis bellicis predita sit. Hac igitur ratione pyrata in mari grasantur, sensimq[ue] potentiores facti, omnibus insulanis sunt formidans, sic ut miseri rustici perpetuo in maiore metu versentur, quam auxilio cui aucepit insidiatur: nam dum quisquam maximè securum sa-
putat,

putat, ab illis opprimitur: ipsique adeo pescatores. Atque ut huius rei exemplum adferamus. Cum in Paxo, olim Ericusa dicta insula esset, non procul a Corcyra, & cum itineris duce stirpes a squas perquirerem, pirate eam nauem que nos eo aduexerat, cum ipsi nautis abduxerunt. Item alio tempore magna nauis oneraria Veneta Priola appellata in portu cuiusdam insula maris Aegei fixerat anchoras, cui nomine Zia, olim vero Cia, cōmodū ventū expectans ut Constantinopolim proficeretur: lembus quida ex Andri insule portu soluens, secundo vento in nostrum portum delatus est, quo admodum sero peruenit. Hunc alii pyratarum lembus insequebatur; atq[ue] in portum simul etiam ingressi fuisse, nisi pirate nostram istic nauem confexissent: eam ob causam fese subduxerunt in alium portum, qui post insulam erat, quoniam iam tenebre oborta erant. Sed postridie ante lucem pyrata octo numero inter batundines fese abditum venerunt, auroram exspectaturi, & lembum qui in littore erat, occupare sperantes, quem vi cum his qui inerant abducerent. Idique sine dubio fecissent nisi auxilium alii talissimus. Simulatq[ue] vero qui in lembo erat fese oppressos a pyratis animaduaderent, robustiores qui erat viri, in mare fese abicerunt, ut natando salutis suæ consulerent: at reliqui cum feminis & parvulis qui in lembo remanserant, in piratarum potestatem venerunt. Adeo temerari ex quo hi pyratae, ut in nostro conspectu, qui multi eramus, miseros captos e portu abducere velle auderet. At noster nauteriu tormentum bellicum in illos explosit, & sclopetarios per nauis foros difposuit; atq[ue] deinde tormentum in ipsis emisit, sic ut lembum deserere cogerentur. Sed & cum e portu egredi voluissent, proxime nostram nauem illos nauigare necesse fuisse: hac ratione ad suum lembum redire coacti sunt. Miseri isti qui ex Andro soluerant, haud dubie Turcie venditi fuisse: nisi opera illis talissimus.

Nunquam Turce eoss ingulant quos capiunt sive in mari, sive in continentis, sed vendunt. Formosa & iuuencta mulier octoginta aut centum ducatis, vetula triginta aut quadragesita, puer aliquis bene habito corpore, quadragesita aut quinquaginta ducatis estimabitur, vir autem robustus & quadratus sexaginta. Hec causa est cur naues semper armis bellicis instructa navigent: & cur ille que armis careret, perpetuo in meo versentur. Sed hec satis de pyratis: nunc ad nostram navigationem revertamur.

Aquilo, qui nobis secundus erat, tota ea nocte constans fuit, sic ut Samon insulam ad sinistram relinqueremus, atque per angustias que inter Samō & Icariam sunt, navigaremus. Alto adhuc sole apud binos illos paruos scopulos transiimus, nautis omnibus adeo celebratos, & fornaces nominatos; quoniam periculi plena est secundum eos navigatio: appellationē vulgare sumpserūt a Gracis, quibus olim i trai, hoc est, furni dicti sunt: at veteres hos nō intellecterunt, sed alios qui sunt ad ostia Tenei amnis apud Thessaliam. Hi sunt admodum metuendi, præsertim quādo noctū istac navigandum est. Marina tabula eos formacum nomine indiget. Quoniam vero nobis istac iter faciendum erat, vel alias magno ambitu mare navigandum; plurimum metuebamus: sapenumero etenim accidit, naues tempestate istie perire. Nostrum iter prosequentes, transiimus apud aliam insulam appellatā Gaderonis, hoc est, Asinorum insulam; nullius autem nominis est, quod deserta sit.

CAP. XI.

De Insula Patmo.

PATMON insulam (in qua Deus Joannes Evangelista relegatus fuit, & Apocalypsin scripsit) ad sinistram reliquum, cuius montes adeo celsi sunt, ut procul etiam conspicui possint. Vulgo Palmosa nuncupatur, atque à Christianis Gracis incolitur. Longe infra Icariam sita est.

Ense

Eius incole in omni libertate Christiana secundum Gracorum consuetudinem vivunt, quemadmodum & reliqua Gracorum insulae qua tributū Turcico Imperatori pendunt. Magistratus tamen & urbium Praefecti magna ex parte Turcas sunt. Patmi portus satis capax est pro paronibus, triremibus, & minoribus navibus. Uniuersa insula tritici frax est, & omni leguminis genere abudat: in ea est monasterium Caloserorum Gracorum, in quo cadaue-ris manus ostenditur, cui vngues succrescut, ut in viventis hominis manu; & tametsi recessentur, post aliiquid tempus denuo succrescent. Vnde Turce occasionem sumserunt dicendi manum esse alicuius ex ipsis propositis. At Graci Domini Ioannis manum esse afferunt, qua iste Apocalypsim exarauit. Aquilone, persecutæ, ad dextrâ Lipsion insulam vidimus procul in mari distatam, qua pars est & deserta: paulo post insulam Pharmaco, quam veteres Pharmacusam nominabant, omnino etiam desertam superauimus. Apud hanc insulam olim Cesar a pyratis captus fuit, cum Rhodon proficiseretur, Apollony Melonis audiendicaua. Pharmacusam superata, in insulam peruenimus que olim Ircor[Leria Sophiani tabula ha-]ber] dicta sunt, nunc Lero adamassim obiecta. Isla con- tinentis caneo longe in mare protenso, quem marina tabula Cortolo appellat. Veteres iste arces conspicuntur collibus imposta. Leric montes sis que in Samo sunt, longe celsiores sunt, probè que exculta est ea insula cum a Turciis tum a Christianis Greca religionis. Longius progressi, in aliam magnam insulam peruenimus (aliam, nuncupatam, a Gracu Christianis habitatam inde in illam no- minem Psermo, in qua bina aut ternis sunt oppida, & multi pagi. Gracorum Christianorum industria & labore ex- culta est. Vibem ad sinistram habebamus Lescurne ap- pellatam, unam ex opulentissimis, & maxime mercuria- libus totius Anatoliae sita Asia minoris, que v. etribus Smyr-

*Smyrna** dicta fuit. E regione Patmi insula superandis nobis fuit cuneus Anatolia, longe in mare prominens, quem marina tabula Capo rosso, veteres Erythram dixerunt, hoc est, Promontorium rubrum. Magna difficultate eum superanimus: nam nebulosus erat aer, & intempesta nox. Ventus etiam aduersus nos occupauit, sic ut dimidiato velo in latus obuerso uteremur: Thracias us erat, adeo vehemens, ut mare mirum in modum cōcitaret & turbaret. Post ride mane canalem Consule ingredi cōpimus, apud continentem qui Halicarnassi nomen habet; it quinque solum miliaribus in latitudinem patet. Mare inter Samon & Con tam multis partibus insulis abundat, ut eas vix numerare liceat: et omnes veteribus Sporades sunt diles.

* i. topographicae Castaldi & Sophiani Graciam tabula vera sunt: Bellonum non nota (quod ait); calo, sed toto mari etate necesse est, aut suam navigationem confuso admitemus ordine describere. Nam qui fieri potest ut in Patmi insula cōspexit sic promontorium Erythrae, atque ad Pieria sinistra Smyrna, que in Ionia apud Clazomenas ad Situm quendam in tabula reponuntur! Sed si ego Lectoris iudicio relinquo.

C A P . X I I .

De Co insula Hippocratis pars.

Cum iam illaxisset, canalis bonam partem emensi, uniuersam insulam Con aperte conspicere poseramus, que Hippocratis patria est, Turce Stancor nominant. Eius montes nobis celsiores videbantur quam reliquarum insularum quas adhuc cōspexitsemus: nam Creta montibus inferiores non apparebant. Ipsa urbs Cos à solis Turci habitatar, & in uniuersa insula duo dantaxat sumi pagi quos Graci incolant. Ipsa urbs & arce etiam Stancor appellantur. Hec in edito sita est, turreisque orbicularis habet maiores, quam arces que in Lesbo & Tenedo sunt: illa autem humili loco sub arce ad marinis littus, insula animantibus abundat, longiorque est quam lata. Nos illius oram diu legitimus, secundo vento delati, atque omnibus velis expansis (nam tempestas

sam desierat) & additamentis etiā adhibitis. Ea porro ad dextram relicta Rhodum mare ingressi sumus. Procul ab urbe Rhodo abeatur, cuius illam supra collim exiguum qui in mare protenditur, stam conficeremus: & quoniam praealtae habet turres, & pharos in quibus lumen reponitur, cuius conspectu naues dirigantur ne à portu aberrant, procul nobis inuentibus apparuit. Viciniores autem facti, comperimus veterem quae reserunt fuisse urbem colliculo rotundo impositam iuxta littus maris, binis miliaribus distare ab hodierna urbe: aiunteque iste canobium fuisse equitum Rhodiorum: & prater splendida que iste sunt edificia, munitione esse locum, qui etiam diligenter à Turcis adseratur. Tandem ante insulam appellenates, anchoris iactis e navibus descendamus, atque urbem perlustratum inimus.

C A P . X I I I .

Singulatia quædam Rhodi obseruata.

V R B S Rhodus partim in acelius collis melius descendantis sita est; altera pars littus occupat. Maxima eorum qui pagos totius insulae incolunt pars, Graci sunt: his urbe interdui ingredi ad operas faciendas & annonam comportandā, atque in ea toto die commorari licet: at ut nocte iste bereat, nō concedit Turcae, ob seditionis atq. productionis metu. Inferre tamē ideo nolum⁹, quin noctu Christiani aliqui iste permaneant: nam pleraque eorū mancipia Christiani sunt. Senatus item Venetiū iste negotiorum Procuratorem, sine, ut vocant, Faictorem, qui nō item in urbe ducit, alunt, tametsi omnes eius famuli Christiani sunt. Turcarum Imperator perpetuo quinque triremes bene instrutas habet, quarum Prefecti cura est, liberū reddere mare ab incusionibus quas pyrate in Cycladibus & Sporadibus insulis, aliisque Gracia locis Turcico dominio subiectis facere solent: cum etiam ut Mediterraneum mare sibi subiectum habeat, atque reliquam Graciā tutam præstet. Nam perrutumque cum suis

suistriremibus excurrit: & si quem pyratā in mari vagari intelligat, eum persequi non cessat, donec eum inueniat. Omnia equitū Rhodiorū cum Gallorū tē abiarum nationē edificia integra adhuc permanēt. Turce tēnēt nullā insigniā, nullas picturas, sculpturas, aut inscriptio-nes quas iūlici inueniēunt, abstulerūt. Sed & hodie pluri-mas inscriptiones cum Gallicis tunc Italicas legere licet. Afferimur insuper Turcas hanc consuetudinem per-pe-tuo obseruasse, ut omnes arces & propugnacula que o-cuparint, vī ea inueniēunt conservarint, nihil enim u-quam structurarum aut sculpturarum diruunt. Postri-dic urbe egressi, vicinos quo dampnos adūmus, sacrif-que Caloierorū Gracorū interfūimus. & eorum hortos perlustrauimus, panicorum, arborū mīque malorum, 27zibharum & sebesten arborebus, quibus abundant, probe instructorum: cuius sebesten fructu viscum confi-ciunt. Aderant etiam siccus, amygdale & olea. Pagorū Rhodi incola Graciam religionem obseruant, & re-rrum propria nomina habentium vocabula adhuc reti-nent. Nocturne Turcarum excubia cum Rhodi, tum aliis Turce dominio subiectis arcibus alta voce fūsi (non autem campanarum sonitu, ut in Italia urbis & Epi-dauri) respondentibus sibi inuicem exhibitoribus. Rhodi mania in eodem adhuc statu permanent, quo fuerant cū urbs Equitibus adempta fuit: nec quidquam ab eo tempore ademptum aut additum est. Iste inueniuntur venales elegantes acu pīte merces, presertim vero le-ctorum tentoria: eas varii coloribus pingunt, sericeis staminibus crucis in formam decussatim consuunt. Ipsa pictura frondes representat, differtque à Turca & ea quia in Chio & Cypro fit.

CAP. XI. I.

De aue Onocrotalo, & serpente Iaculo: de qua Turcicorum militum modestia.

I STIC Onocrotalum cīcurem vidimus per urbem deambulantem; cuius magnitudine obseruata, Cigno minorē esse deprehendimus. Omnino albus est, & Anse-re longē crassior. Crura & pedes, Cigni pedibus similes habet, sed crassiore crite præditos, coloris cinerei. Excita-ta est aua, capite sublimi & elato, rostro lato & canich-lato, per extreum mucronato & unco, plumarum crastinam in occipite gerens, ut Vannellus sine Aex, & in volatu Ciprorum more alas verberat. Vixit querit at cū in saltis rum in dulcibus aquis. In eo quem de auibus conscripsimus libro, hunc Pelicanum esse de-monstrabimus, de quo brevitatis causa plura nunc non dicemus. Inter huius Insula singularia, serpentem Iaculum vidimus, parvū maculis oculorum instar in dorso varium, us quibus Torpedo in dorso predita est similibus. Nos extra urbem sub spinosa cappari reperimus, quo loco Turca sua tormenta collocarat dum Rhodium obserueret. Graciam vulgari voce Saetta, hoc est; Savitta, Turce Ochilanne appellat, veteres Acon-iam dixerē. Trium palmorum longitudinem habet, & minoris digiti crassitudinem non superat: color eius cī-creus ad lacuum redens & enter autem omnino candidus, squammas in dorso, tabellas vero sub ventre habens, reliquorum more. Cernit in gram habet, & binas albas lineas ab ea per dorso longitudinem usque ad caudam ex-currentes. Macule quas in fibris habet, lenticula ma-tores non sunt, coloris nigri, albo orbe cincte. Nos alias eius anatomē describemus, cū peculiarem de omnibus ser-pentibus sermonem instituemus. Etius tamen effigiem ad diuinum expressam nasci, eam hoc loco inserere libuit.

Vidimus præterea myoparonem, Styrace rubra, quam Graci huius seculi Mautocapno appellant, onustam, in



portis littore exonerari. Nobisque relatum est . in ipsa insula nasci : sed quoniam ius qui nauigationem instituant, longius a suis nauibus progrederi non licet, euagari non permitimus ut eius arborem obseruaremus: nam cum nautae commodum tempus habent, nullius gratia nauigatione retardare solent. Ex quo inferre volumus, illos qui in tricribus aut aliis nauigii peregrinationem instituant, parum in continentie obseruare posse, quoniam perpetuo nauem qua vehuntur praestolari necesse est.
Diligentius obseruantes Turcæ milites qui ad Rhodi urbis portas excubat, occasione sumpsumus scribendi quam ingens sit Turcarum militum continetia & obedientia: nam in eis viginti aut triginta viri diligenter portas obseruant, id tanto silentio & modestia faciebant, ut non plus turbæ exaudirentur, quam si nemo istuc adfuerit, videbanturq; potius opifices aliqui quam milites, nibilominus senatoriam quandam gravitate præ se ferentes. In omnibus sane actionibus adeo modesti erant, ut nemo eorum armas, mo ne acinacem quidem haberet. Bina duxit axat nunc Rhodi patent porte, una ad portum pectans, altera ad continentem, deinde ianua ad Praefecti ordinis qui solebat esse horum. Rustici qui in urbem capreolos, cuscos, buiyrum, aliisque annonam inferunt, eodem quo Cretenses rustici modo amicti sunt, fuscum & corrugatam faciem habentes, prolixamq; & ad scapular usque propensam comam gestantes, atque crasso dupliceque pilico caput regentes. I thoracem coriaceum sine manicis, lineam interulam anteriori & posteriore parte propendente indui, coriaceasq; völugas orecas, quas thoract ligulis adnæctant,

L I S E R II. 211
Etant, & supra interulam lineas braccas inducunt. Qui eos antea non conficeret, larmatos esse homines conseruat us omniū similes qui mimos siue malacinos agunt: nam simili modo conspii sunt, quo larvati illi qui mimos Roma & Venetus in Bacchanalibus agunt. Turcae eorum merces presenti pecunia & bona fide redimere solent. Ex ruderibus que extra urbem sunt, facile colligere licet, magna olim istuc fuisse suburbia, que omnino disorta fuere cum Turca Rhodum obserderet, nec postea restituia. vicini tamen urbi sunt alii qui pagi, non longius a portis distantes quam ad baliste iactum, quos Greci & Turca incolunt, ibique Caloieri monasterios habent.

C A D. XX.

Profectio in Rhodo in Alexandram.

A L I Q U O T diebus Rhodi exaltis, & expeditis negotiis, nostram navigationem prosequuti sumus aquilonem flante, namque in alterum latius impellente, superendum enim nobis erat promontorium quod Cavo del Ba vulgo dicitur, longe supra Rhodum urbem. Et primum appulerunt Turcæ in irremes, cum continente occupato urbem obserderunt. Superato promontorio, tum Aquilo nobis secundus adflavit, & proram recta versus Alexandria dirigentes omnia vela expandimus, additis etiam appendicibus, rellæ nostrum cursum tenentes. Id Itali Gallico velo nauigare appellant: videturque hanc differentiam fecisse respecciu Latinis veli quod triangulum est, cum Gallicum quadrangulum sit: tum etiam quod Bourdon nuncupatum vulgo Latinum velum nominetur. Tota nocte nobis fuit ventus secundus, atque sub solis exortum eò progressi cum essemus, ut insula amplius non conficeretur, ipsa meridie nos deservit & ventus, & maris tranquillitas atque malacia subsecuta est. ubinam autem locorum essent, cognoscere cupiatis, ex marina tabula deprehendimus dimidium iter non confisi:

fecisse: nam vento secundo navigatione à Rhodo in Alexandriam minus triduo tenuerat, nō omnibus absoluere licet.
 Quando malacia pleno aquore nauem occupat, non magis agitatur quam si in portu esset. Tum singuli nautae colludant inter se, pescantur, & natando & lassando graseū in mare abiiciunt, nec, sese sub aquam mergentes, ab uno nauis latere in aliud transire verentur. Tum per rūmque pyratas metuere solent: nam in malacia, nulla est exigua nauis longa, hoc est, qua remis impelli solet, que in magna nauis rotunda navigantibus metum non incutiat. At flante vento, ne minore quidem rotunda velti, à irreme submetunt: quoniam velorum beneficio effugere possunt. Euroaustropaulatim flare incipiente, sub vesperam intendit cœpit, & tandem nimium vehementer fieri, sic ut omnia vela contrahenda fuerint, dolore excepto, quem ad diuidum usque malum deprimere, atque funibus valide constringere necesse fuit. Huic successit Auster, sive Notus, nobis scitis secundus qui tota nocte fluit. At sub auroram Aquilo nobis denuo aspirauit: tū demum magnum uer peregrinii, singulis horis quaterna ad minimum vel quina millaria confidentes: qua navigatione nulla expeditior esse potest, nisi tempestate nauis feratur. Hec autē eius navigationis ratio est, ut a bosphoro ea recta instrumentibus, nostris nauis puppis Septentrioni obuersa esset, & prora Meridiem: nam Constantinopolis in Alexandriam recta linea contendebat, à Septentrione in Meridiem navigandum est. Quoniam porro in navigationis narratione nostra oratio adiō progressa est, ab ea abstinere commodum non videatur, quin prius de veteri navigatione aliquid dicamus, quā longè difficilior & minus commoda erat quam nunc sit, ut in sequenti capite apparebit.

CAP. XVI.
 Veteres navigationem sine pyxide nautica inservuisse, & magnetis viam ignorasse

VETERES longè difficilius suas navigationes inserviebat, quam nunc sit: nam vel Orientis vel Occidentis, vel Septentrionis vel Meridiei conjectura uti eos necesse erat: vel ex stellarum & Solis que nocti & interdiu illis apparebant fulgore; atque magna ex parte nō longius in mari progrederabantur, quin continentem perpendio confidere possent. Nunc autem cum magnetis facultates omnibus sint perspectae, navigatio adeo facilis redditur, ut binis viris cuiuscumque nauicula, omni momento, omnibus periculis, vehementissimi que ventis sese committere, & mare traicere non vereantur: quod veteres ipsa meridie tentare non fuissent ausi, cum nauticam pyxidem non habereant cuius acus magneti adfricata esset. Hic lapis also nomine Heraclens & Sideritus dicitur; Itali Calamita, Galii Amantr vocant; in quo diversæ facultates reperiuntur. Comperimus enim qui primus huius lapidis usum invenierit, Flaminii fuisse nuncupatum. At Albertus magnus primus omnium eius facultates scriptis tradidit: quē ciui suo tempore in usu iā esse animaduertiteret, veteribus non ignorantum fuisse credidit, atque Aristotelis eius facultates fuisse perspectas. Attamen & ipse Aristoteles, & qui aliquot saecula cum subsequenti sunt plane ignoraverunt hunc lapidem talibus facultatibus esse preditum, ut altera eius pars ferrum ad Septentrionem convertere faciat, altera ad Meridem. Aristoteles quidem non ignorauit ferris attrahendi facultatem habere: at quod navigationibus utilis esset, plane nesciuit. Huius lapidis Gallica appellationis affinitas ansam prabuit nonnullis Chymicis imposturas excogitandi de ipsis efficacia in rebus amatorius, ut etiam polliceri atque persuadere ausi sint, non minus hominum amorem pellicere, quam ferrum attrahat, quod tamen fal-

sum est; atque ad eam rem candidum magnetum longè prætulerint, nō ignorantēs dīficilius & rariū inueniri, quam cum qui ferrugine coloris sit. Huius magnetis ingens copia nunc inuenitur in quadam Tyrreni maris insula Elba, olim Ilua nuncupata, ex regione Plumbini, quod in Florentino agro est, sita, ubi vix emittur. Sed de eo plura in Mahometis vita.

Cap. xvii.

Duo duntur esse magna Nili ostia quæ nauigari queant, & maioribus sine oneratis nauibus adirem ptebent.

INTE R Rhodum & Alexandriā, Hierax sine Sacra, Falconis genit, volando defatigatus, nostra nauis antenna infedit, atq. per binas sere horas istic besit. Plurimæ coturnices à Septentrione versus Meridiem tendentes, in nostra etiam nauem capta fuere. Unde certiores reddisti sumus, illas esse peregrinas: nam & autem alias in vere obseruaueramus, cum ē Zacyntho insula in Peloponnesum nauigaremus. Istic enim coturnices vidimus à Meridie in Septentrionem tendentes ut istic tota astare commorarentur: barum tum temporis plurimæ etiam capta fuere, cum aliis autem adueniarum generibus, quæ in nostram nauem sese consercerant. Vidi mus præterea aliud avis genus, omnibus qui in nauem volebantur ignotum, cucus magnitudo erat, merule color quodammodo. Vidi mus etiam onocrotalos volantes, atque a Septentrione versus Meridiem tendentes: aves hæ sunt in Gallia aut Italia minime note, nisi quod interdam in lacu Mantuano conficiuntur, at in hieme abeunt. Toto eo die nullus fluit ventus, ut neque magna subsequentis noctis parte. Postride satis secundo nobis aspirante Aquiloni, nostra navigationem prosequentes, in locum quendam maris peruenimus, quem Nili aqua per obtium Mendesum sine Damitate sese exonerans, alio colore quam nativo inficerat, ut omnino canescere videbatur. Ex quo indicio nautæ intellexerunt sese non procul ab Aegy-

Aegypti continentem absesse, tametsi nondum nobis appareret: nam vniuersa Aegypti regio humilis est, neque montes habet qui ē mari conspicuerint. Jam adesparscebat, cum in hanc turbidam aquam peruenimus, remissioris ventus erat: eam ob causam anchoras pleno equore fiximus ad nonaginta organarum altitudinem. Mauritanorum sine Aegyptiorum Constantinopoli aduenientium consuetudo est, quando sub noctem ad turbidam ilam aquam adueniunt, atque ignorant supranea infra Alexandrinum portum sine Nili obtium longius sint progressi, ut anchoras in mari sigant, in proximum usque diem, ut iam lucido die locum dignoscere queant, quo nauem in portum sint deducturi. Quod si altius progressos se agnoscant, cum tempore regredi possunt ut portum occupent. Nos istic nocte iradilla cum tranquillitate mari, anchorisque postridie ex imo mari subdulcis, vela explicimus, & ex hac turbida aqua egressi, non dum nauigavimus, quin in aliam Nili aquam ex oblio canopice sine horacledico prolabentem inciderimus. Hac sunt duo maxima Nili ostia, cuius postrema aqua marina ex viridi palecente colore inficerat. Eam cum per diu dy fortassis milliaris latitudinem emens, effemus, iterum in ceruleam maris aquam peruenimus. Omnium primum nobis in Aegypto apparuit Rosetta arx que se quidem itinere supra Alexandriam est. Cum autem plevo equore volebemus, & obseruantes quid nostris oculis primum obserceretur, nihil aliud quam Palmæ, Sicomoros, & Pompej præalta columnam conspeximus, que in Promontorio est supra Alexandriam. Cum enim adeo humilis & mortuum expersa sit regio, procul intuentibus apparere nequit. Nos sub noctem in portum appulimus, eam ob causam illo die nauem minime sumus egressi.

Brevis Constantinopitani in Alexandriam
itineris narratio.

Ex diernis quibus hanc navigationem absoluimus obseruatione, cognosci potest, commode quindecim dierum spatio navigationem eiusmodi perfici posse, modo prosper, ut nobis, adest ventus. Atque ut dictum nostrum iter repetamus, nisi Callipoli in Bosphoro ad Arcium angustias, tum in Chio, tum Rhodi substituimus, octiduo eam absoluimus. Nam a Rhodo in Alexandriam tres duntaxat dies & totidem noctes impendimus; e Chio Rhodum, binos solum dies & binas noctes; & e Constantiopolis Chion duorum dierum & trium noctium spatio perueniri potest. Ea ratione magnum iter brevi tempore conficitur, vento adstante secundo.


CAP. XII.

Dedubus Alexandriæ vribus, una in Aegypto, altera
(quæ Romanorum erat Colonia) in Phrygia.

POST RIDIE mane nauis egressi in urbem Alexandriam proficisci sumus. Sed ante quam de ea sermonem instruamus, primum nobis dicendum est, huius nominis varijs esse urbes; sed duas maxime celebres. Etenim late imperium obtinentibus Romanis, Troia ab usque restauata, & coloniis Romanorum in eam missis, Alexandria nominata est, cuius Plinius meminit, atque etiam Annianus Seneca in morte Claudi Cesaris: Quero, inquit, sororem suam stulte studere Athenis dimidiū, licet Alexandria totum annum: nam tum temporis Latinorum istic erat Academia, eaque est cuius Galenus sapè meminit, non de Alexandria Aegypti: quod ex eius incubrationibus facile deprehendere licet. Nunc porro de singularibus rebus a nobis obseruatis, breviter agere sufficiet: nam sigillatum de Alexandria scribere post tam multos magni nominis viros, nullum, quod aiant, ageremus. Are-

nosa solo sita est in promontorio quodā: ab una enim partem mediterraneo mari alluitur; ab altera, mareotti lacu ampio & in longum extenso. Perstant adhuc mania que Alexander Macedo exstru: iussit at vrbis interior, ex veterum edificiorum ruinis magna ex parte constat. Diruta autem fuit ea vrbis, quando Gallia & Cypri Reges Sultanum ex ea expulerunt: Is etenim illam minimè posse retinere animaduertens, prius diruit, quam in hostium potestate veniret. Postea tamen paulatim edes exstru: recuperant pro incolarum ratione. Sed & nunc, nisi Christiani mercatores suos istic institores alevant ab mercatu permutatione, admodū celebri non esset. In eam inueniuntur omnis generis commeatus cum ex Aegypto, tum ex Cipro, alii que vicinis locis. Pantis qui istic p̄m̄fitur, in placentas eformatur planas, quibus inspergitur legimimē lanthy semina. Eam ob causam huius seminis magnis sacca per foras & mercatorum officinas inueniuntur venales. Omnis generis vina istic etiam repertuntur ex varie locis inuenta. Sed nec Cypri longe inde absit. Sapida admodum istic est caro veruccina & hædina, cum vitulina tum bubula. Magna istic est abundantia generis cuiusdam caprarum quo Gazella vocantur, veires Greci Oryges nuncupabant, quai in agris Scopelitis petunt: turmatim enim incedere solent. Inueniuntur istic & gallana & ova. Alexandria sita est loco pisib[us] abundante; sic enim obseruamus cantharos, lupos, embreas, syndontides, mugiles, raias, squatinas, caniculas, linam priorem Rondeletij. Sed & multi alijs cùm saliti tum recentes ex Nilo inueniuntur. Istic nascuntur punica mala, muse, limones, aurea citriæque mala, ficus, sycomori, ceratia, & pleraque alia fructuum genera, que nos non habemus. Abundant etiam omnis generis leguminibus (e quibus quasi nus magnus fit) atque omni frugum genere, veluti oryzæ, hordeo, farre, alias spelta nuncupato. Dolicos Gra-

218 P. BELLONII OBSERVATIONVM
eis nuncupatis, florem fert istuc flauum. Copiosum etiam
istie p. se genus est, quod Graci Latyri, Veneti, Manere-
te, Romanum Cicerchie, Galli des Cerres appellant. Quid
potissimum in urbe aliqua abundet, scire volentes, adeat
pro diebus quibus venales inferri solent aures, pisces, ole-



Africæ continens.

ra fractus, & reliqua victui necessaria: breui enim de-
prehendent quibus rebus incole magis abundant: quod
in Alexandria nos obseruavimus. Aegypti raro cibum
sumant, quin addatur radicis genus Colocasia nuncupa-
ta,

L I B R . II . 219
ta, quam cum carnibus decoquere solent. Magnū est eius
veldigal per uniuersam Aegyptum: nam vix quidpiam
frequentius in urbium & iugorum foris emittur. Cum
porto de Alexandria institui nobis est sermo, illius ty-
pum utrīcam obseruavimus ad vivum expressam hic in-
forere volumus.

C A P . XX.

De animali veteribus Hyena nuncupato, nuoc-
aienti Ciuitati.

Quād tam Alexandria Florentinorum Consule age-
bat, Ciuitatem habuit adeo cicurem, ut cum hominibus
colludes, illis nasum, aures, & labra sine nexa mortuū pre-
henderet: ab incante etenim etate humano laile educata
fuerat. Rarum profecto ita cicura posse animal adeo fer-
rum & indomitum. Ciuitata veteribus probe fuit cognita:
ipsorumque autoritate demonstrabimus, Hyenam ab
ipso fuisse nuncupatam, rameri nuncquam obseruauerint
adeo odoratum excrementum eam reddere: meminerunt
tamen generis cuiusdam Panthera odoreferi. Auctores
verba fecerunt de Hyena tanquam de fero animali Afri-
cano; quod nobis suspicione moneret, Ciuitam eo tempore
in caueis minime fuisse obseruatam. Hodie autem dic,
cicura redditia, maiorem questum præbet quam olim. Il-
lum etiam noscum quo eam nuncupare solemus, ex Ara-
bibus auctoribus mutuatum est, reliquo veteri. Compacto
ut Taxus est corpore, at maior cum autem alium prater
mulierem naturam habeat meam, ex quo Ciuitat ema-
nat, plurimi Hyene historiam legentes, existimarent il-
lam esse Taxum, qui veteribus & Aristotelei Trochus
dilini est. In cervice & per dorsum spinam pilos habet ni-
gros, quos surrisit cum indignatur, non minus quam sus
sus. Inde fallum, ut Glanis pisces etiam Hyena nuncu-
pata sit. Os habet magis mucronatum quam felis, sed
barba

210 P. BELLONII OBSERVATIONVM
 barba pilos illi similes; oculis est splendentibus & subrubentibus: sub quibus binis maculis nigris insignita est. Eius aures orbiculares sunt, ad Taxa aurum formam accedentes. Corpus habet maculis alpersum nigris, cum alias eius color albiset: tenui crurac & pedes piso nigro obvitis sunt, quemadmodum in Ichneumone: cauda oblonga, superius nigra, infusa verò parte albis maculis alpersa. Agilis est, & carne vescitur. Hec est Ciuetta historia, que sicut Hyena descriptione coferatur, apparebit id animal quod nunc Ciuetam vocamus, veterum Hyenam esse.



CAP. XXI.

De variis rebus in Alexandria conspicendiis, atque de obeliscis & magnis Aegyptiorum colossis.

POSTRIDIE urbe egressi, praealtâ Pompei columnam phellatum iunimus, in exiguo quodam promontorio sitam, octana milliaris ab urbe parte. Ea columna est immensa altitudinis, & crassitie reliquias quas unquam viderimus, superat. Columnæ Agrrippæ que in Pantheon Romano sunt, nihil ad eius crassitatem accedunt. Universa eius materies, cum epistylis, tum forma cubica ex Thebaico marmore est; ex eodem videlicet, ex quo omnes obelisci ex Aegypto delatis constant. Eam Cesâris iussu, ob viatoriam aduersus Pompeium partam, istice erat amittunt. Adic crassa est hac columna, ut impossibile inducetur,

NNNC

nunc quenquam artificem repertiri posse, qui ullis instrumentis eam alio transferre queat. Ex summo hoc promontorio longus in mare patet prospectus, atque etiâ in Continentem. Si quis ad meridiem faciem obuerat, Mareotum lacum amplius & spaciosum cōspicere potest, palmarum silvas in ambitu obvitas, qui vix dimidio milliari ab Alexâdria distat. Ager vicinus magna ex parte arena mobilis cōstat, planus, sterilis esset, nisi Harmala, & Capparis non spinosas stirpes alterer, que crassas illas Cappares proferunt, nobisq. inde adseruntur: minores etenim in Capparum stipibus spinosis nascentur, que hicme folia abscunt: cum non spinosa Aegypti, & que arborescant in Arabia, filia retinent. Moxice arenosis locis plurimum istuc delectantur: cum tamen aliis locis humidum solum ament. Harmala admodum similis est Moly: Rutaque genus est, quod Arabibus, Aegyptiis & Turciis nunc vario in usu est. Ea etenim sese sufficiunt singulis diebus manu, sibi persuadentes noxios spiritus se bac ratione abigere. Ea res hinc herba atque eius seminit taniam celebratam peperit & conciliavit, ut nulla sint adeo exiguae & viles officina, que tam non habeant, tamquam preciosum aliquod medicamentum. Apollodorus antiquus auctor, cypero easdem facultates tribuit, cum aut Barbaros domo egredi non solere, quin primum Cypero sufficiantur: quod occasionem aliquando prebuit cogitandi, eius usum verustum esse. Inter singularia que Alexandria confeximus, binis sunt obelisci, qui apud eius urbis palatium sunt: alter rectus & integer, alter hunc procumbens & confractus. Quis rectus perstat, altero longe maior est: cuius crassitess comparari posset cum eo qui Roma est ad D. Petri. Cum de obeliscis verba facimus, de re inter reliquias maxime admiranda facimus, queque magnâ dubitationem parit, cur adeo mirabiliter sint incisi. Si tertiis aut quaterni duntaxat inuenientur, conuici posset, eos Regia

Regis cuiusdam curia excisæ esse: sed cum multi sint, quorum ali exigui, ut qui pone Mineruam, in foro apud Pantheon. & apud Aram cali Roma conspicuntur, aliquid admodum, ut qui apud Populo, & Pontificis palatum sunt, atque omnes Agyptiacus characteribus sine hieroglyphicis characteribus insculpti: statuere possumus eos olim excisos fuisse ut tumulis quibus in Agypto corpora condita reposita erant, imponerentur, minime autem ut templis dicati essent. Plurimi videntes solidum lapidem, tam ingentem, tam longum, & crassum, adeoq; expeditum, fusilem esse credunt (quoniam omnes obelisci ex lapide Thebaico sunt excisi, multis granis distincto duorum aut trium colorum, ut sterni sunt columnæ inde sustinuntur), ut veteres Graci hanc lapidem Psaronium cognominarent. Lapio enim Grecis sternum significat, sed hallucinantur, nam eius varietas & granorum distinctio ex rupi natura, que huiusmodi coloris est, procedit. Tanto magis admirandi obelisci videntur, quod ex solidi lapide constent, que nadmodum si quis imaginaretur, se quadrangulari aliquam turrem intueri ex unico lapide exstruxit. Omnes quinque sunt Rome obelisci, iam in Agypto insculpti sive ante quam Romulus unquam pedem Roma figeret. Rupes sive Latomia, unde excisi sunt, adeo solidae est, nec ullis venis distincta, ut exscindere istuc licet solidam turrim, & unico lapide constantem, crassorem atque altorem, quam bene illæ sunt turres ad Dñe Virginis pharum Lutetie, si humana industria moueri posset: nam montem integrum duorum miliarium longitudine, solido eoque sive ulli venis lapide constarem, videlicet istuc est, ex quo colossæ vel obelisci excendi queant quanta quis valueat et crassitudinis & altitudinis. Tres colles murorum Alexandrie ambitu continentur, qui scapari sive sordidum monte cognominantur, ut ea loca que Lutetia Les voivies [in quæ videlicet omnes


nes sordes & animalia cadavera abiiciuntur] nuncupantur. Elegantes aquaductus, ingentes cisterna, atq; putres qui Nili aquam extipiunt, observatione profecto digni sunt: adeo enim proba materse, atque tam magnifico opere exstrudi sunt, ut adducintegri persistant: necessarij etiam omnino erant. Alexandria incole semel in anno eos implere solent, cum Nilus inundat, ad totius annus usum. Per ingentem canalem primū unicas urbis cisternas replet, in quibus depuratur & limpida redditur. Tota autem urbs supra eiusmodi cisterne & putres exstructa fuit olim firmo lapidu & lateru opere, quoniam rata per Agypti naesciuntur ligna, preter frequentes Palmæ, que ad edificandum prorsus sunt inutilis. Agypti rustici per agros palmas abortiuas & qua uitium jecabant, requiri solent, quarum cactimibus excisi, audiadum medullam exquirunt, quam in foro venalem proponunt: ex cruda vescuntur, cinara etenim superem refert. Eam veteres Palme medullam sive cerebrum nuncuparunt, & Graci evocaverunt. Aduersendum tamen est, Maria esse Palmarum genera: spinosum enim in Creta observamus genus, ab eo differens quod nauta ex Hispania aduehant & Cephalonijs [Hilpani Palmitos] vocant: palmam videlicet illa Palmarum quā Rotomagensis & Larretiani Aromatarum in suis officinis recentem venalem proponunt, & quatenus vel quinque assitant.

Cap. xxxi.

Ichnemonem hodierno adhuc tempore in multis Agypti adib; circuere adseruari: & alterius Ichnemonis vel ipsius aduersus Phalangium certamen.

ALEXANDRIÆ incole Ichnemonem Agypti peculiarare animal alunt: circuari etenim possunt, non sicut atque felis & canes. Vulgi antiquo nomine appellatur desur, & vernaculo sermone Pharaonis murem nuncupat. Observamus porro eis catellos à rusticis Alexandria venales inferris, atq; ab oppidanis anide emi-

ut illos domi alant, quoniam mures venantur non secus atque mustele. & serpentes insuper insequantur, quibus indifferenter vescuntur. Exiguum est animal, & admodum mundum. Qui id ex ingenio dux taxat depinxerunt non conspicuum, recte exprimere nequauerunt, ut ex presenti pictura deprehendere licet; quoniam illa nihil naturale referunt: in nostra autem, reliquo corpori coniungenda est coda.



Primus quem Alexandria conspicuum, inter artis ruderis fuit, gallinam quam ceperat vorans. Vaser est in prada accipitada: nam posterioribus pedibus se subleuat, & obseruata prada, summa cellure adrepens, magno impetu se in pradam vibrat, indifferenter vescens omnibus vivis corporibus, usi scarabeis, lacertis, chamaeleone, & omni serpentum genere, atque ranis, muribus maioribus & minoribus, aliisque similibus. Autoclas etiam maxime appetit, presertim gallinas atque eorum pullos: & cum indignatur, pilos surrigit, qui duorum sunt per internalla colorum, nempe exalbidis vel flavescentes, & cinereis, duri & asperi instar pilorum lupi. Maiore est robustioris, corporis mole quam felis, robustiusque nigrum & mucronatum habet instar viuerra, sine ullis tamen barba pilis: breuer & orbicularis habet aures, coloremq; cinereum ad flavescentem accidentem, qualis in cercopithecus conspicitur: eius crura nigrescent;

ex lignea materia fabricata sum non minore artificio quam que ex ferro siant. Vulgare est per uniuersam Turcā dominium (ut belli tempore immunes sint ab excipiendis equis) adieciorum ianuas humiles extrahere. Satraparum tamē edes, ianuas Europae similes habent. Aegypti quos nominamus accipitres per Aegyptum admodum frequentes sunt, & raro ex ea abscedunt. Multū etiam isti nidulantur eo tempore quo à nobis absunt; adeoque cicures sunt, ut ad adiunca usq; fenestras conuoleant, & dactyles vicitantes: astate autem in Europam auolant ut immensum solis ardorem fugiant. Carii urbs ampla admodum & laxa est, non tamen ab omni parte mœbiis cincta, quoniam maiore eius pars à Nili rivo aluitur, qui monotorum vicem illi præbet, ut etiam magna ex parte ipse Nilus. Hic riuus humano artificio dulcis est, cunctis Romanis Imperatoribus, cum Aegypto dominarentur. Ex bui aduerso conspicuntur struthiar, quedam solide turris in star, ex qua Aegypti fertilitas singulis annis estimatur. Cū enim non ignorant Nilus Aegyptiacae fertilitatis auctiore esse; qui eum recurram habent, certo anni die conueniunt, ut obseruent quantum Nilus extenerit. Quod si ad supremum usq; foramen quod in turri est, pertingat: plane agnoscunt ubereum futurum subsequente anno Aegypti prouentum. Non iam vero singulis annis in eandem altitudinem non excrescit, varia sunt in ea turre nota, quibus futuri anni ubertatem deprehendant. Scriptus proditum est. Aegyptii census ingentem admodum fuisse, dum Romani hinc prouincia dominarentur, qui postea admodum minimutus est: sed etiam considerandum, Romanos nullis sumtibus pepercisse, ut eam fertiliorem redderent. Admodum admirati sumus, tantam Cassie solitine arborum quantitate in Caihortus & per Aegypti conspicientes, cum tamē veteres nullam eius mentionem fecerint: sed neque

Theo-

Theophrastus, qui fr̄e de rebus Aegypti stirpibus scripsit, eius meminīt. Sed censendum est Theophrastum de plantis scriptissime, quemadmodum Aristoteles de animalibus. Nam quemadmodum varia nationes Alexandri mandatis obsequentes, varia animalium genera Aristoteli adferebant, cum eorum historiam describeret: sic necesse fuit, ut de plantis earumque natura diuersae nationes similiter Theophrasto referrent, cum illarum historiam scriptu proderet. Ex eius etenim historia apparet, non sine ingentibus sumtibus missos esse in varias regiones viros, qui stirpes quas descripsit, obseruarent. Itaque nullum in uniuersa eius historia locum inuenientes qui Cassia conueniat, statim nullam eius mentionem fecisse: nisi forte tertio capite libri quarti, ubi scribit ipsi relatum, arborem circa Memphis tanta magnitudine esse, ut tres homines nequeant eius amplecti caudicem. Nam Cassia arbores istic minores non sunt nostris inglandibus, foliaque similia habent, ut ex eius iconē, que ipsam ad vinum exprimit, videre licet.

Mirum nō est si Aegyptius oleraceis stirpibus abundat: nam cūm vehementer iūc sunt calores, plantāsque summa facilitate rigare queant; diligentes sunt incoleā in conserendis opportuno tempore seminibus. Nilo inundante, rigatione non opus est: sed ante & post ipsam, diligenter opus est cura. Cum autem alii ex Nilo dulci ali non sint, instrumenta habent barriende aqua idonea, variis modis fabricata. Inter cetera vero unum est quod illis duntaxat usū esse potest cūm alta est aqua, nec difficilis est ratio: binos etenim palos terra insigunt summa parte bifurcatos, ut tigonum sustineant patibuli instar, hinc palan utrinque ansatam, vel lancerū ligneambinis sumbris propendebitis alligatam adfigant, quam bini homines, hinc & inde in aqua ad umbilicum usque stantes, manibus tenent, eamque valide agitando aquam han-



Lanuit, quam in hortum magna vi vibrant, & in horti solum spargunt.

* Vix ratiōem in Cairo miliorum frequentiam conspicere existimo, quam Londini Tenebantur in Britania, qui nullo non anni tempore frequentissimi iste apparet cum soin eo intelleceret verum h. ut spacieat in plazas, vel enam ipsam Human Thamsum qui vibat alio lat, ab iis soli electam legant & deuolent, maxima quantitate ex confluunt, adeoque cientes redduntur, ut per confortos eorum homines, paxiam ad ipsius in alto voluntibus conspicant, compere non vescantur quod impetuoso dum sitre illum, admittantur sum.

C A P . X X X V I I .
Vrbis Cari, atque eiusdem descriptio.

CAIRI urbi in longitudinem magis protensa est, quam in latitudinem laxa, sive que homines (ut in universo Turca domino) mercimonia exercent. Feminae, earum filii, & infantes rarissime in publicum prodeunt. Atque arbitramur quod si populi sex per urbem excurrendi consuetudinem haberet, feminas, necessaria emerent & venderent, quemadmodum apud nos, urbis longe populosor appareret: adeo ramen frequens non est, ut vobis fertur. Triangulare est firma: nam arx que in ecclesia, supremam urbis partem occupat, unum angulum constituit. Itaque qui ab aree egressus secundum manuam ad meridiem descendere, in alterum urbis angulum perveniret: inde autem versus Septentrionem progressus, in aliud, qui tertius est, angulum pertingeret: inde porro ad arcem concendens, urbis circumitum absolviret in Δ Graeci formata. Toidem ferè sunt exera manuorum ambitus edificia, quot in ipso ambitu: unde plurimi ballucinati sunt, urbe mānibus minime cunctam esse existimatis. Arxi in solidā rupe exstructa est, in qua gradus incisi sunt, ut facilior sit in eam ascensus, usque similes qui in aice Ambosiana ad Ligerim sunt: nam eius sinus similiter, ut diximus, in edito eit, orbiculari fere figura, multaque crassas rotundas habet operis antiqui turres, que tamen imbecilla sunt. Quoniam vero in sublimi est, quadrangula est facta cochlea versus hortum gradibus

instru-

instruēta, ut ea que in Palatio Dini Petri Rome est, per quam equi, camelī, atque asini onus facile subire possint. Huius areæ area magna & laxa est, incundaque istic & sana est habitat: nam ex fenestra vndique quantum oculorum acies ferre potest, circunspectando, uniuersa se ē Aegypti regio appetet, non minus quam si quis in summo pyramidis altius fastigio esset. Hec arx siccum propugnaculis comparetur, infirma admodū efficiari debet. Nonnulli Lutetiam cum Cairo comparare volentes, Cairum antiquitus Is dictum assertant, & quod ob pavem amplitudinem, dicta sit Par ſi, quasi similis urbi Is. Verum quidem est, celebrem urbem fuſſe Is, cuius Herodotus meminit, sed Cairum non est: nam ipsius testimonio Is oltidui itinere à Babylonie aberat, à fluvio qui eam pergit, deinde in Euphratem ſe exonerat, nomen mutuata. Cairi incola ſolis ardoribus admodum vexati, ad arborum perpetuo virentium umbram configere coguntur: eam ob canam multis urbis locis, & per compita, & publica forā Sycomorus alunt & colunt: de qua plura diceremus, niſi eius ampliam descriptionem inter arbores perpetue fronde videntes dediſsemus, eius tamē iconem hic exhibere volumus.

Plurima etiam herbale per parietes serpentes istic observari queunt, que in nostra Europa non nascuntur, preſertim autem connoluoli genus lacteo succo pregnans, ſemine in oblonga siliqua ferens, ut Smilax filueſtris, Scamonea admodum ſimilis: nam ex eadem radice plurima producit ſarmenta, quibus ſepenumero ſepes (que magna ex parte Tamarice, Oenoplia & Rhamno conſtant) atque parietes expingui argilla factos, vſtiunt, quemadmodum apud nos hedera, que in Aegypto non crescit. Peculiarum etiam isti habent herbulam, que ſurſum reperdo pergulas tegere ſolent, ideoque perticis adpoſitus eius ascensum usque ad edificiorum fenestræ procurant.



Nihil in Cairo magis estimatione dignum ipso Basestan, hoc est, loco illo muris cincto, in quo argentaria avaraeque opera tum ex ferriceis staminibus contexta, & nonnulla rariora exoticaque aromatica venduntur; quò plerumque frequens bominum turba confluere soleat: istuc enim negotiandi gratia convenienter, quemadmodum Lutetia in Palatum, Antwerpia in Bursum, vel Lagduni in eum locum quem Change appellant. Si quid enim elegantis & rari in tota urbe est, istuc requirendum. Ex nostro comitatu quispiam questionem mouit, utrum plures Mescites in Cairo essent, quam primaria tempia Lutetie. Sed parum abesse, plurimi diligentibus obseruantibus deprehensum est.

CAP. XXXVIII.

De magno aqueductu, qui inter Babylonem crudeta & vibem Cairum est, per quem Nili aqua in arcem decurrit.

CAIRO discessimus, ut veterem Caii urbem per tuto supra sitam, videremus, que prisca Babylon dicta fuit, tametsi alia Babylon sit in Assyria que nunc Bagadet dicitur, in Mesopotamia. Nos istuc multorum vetustorum adfectorum ex latere & calce constructorum rudera vidimus, qua splendida fuisse apparebat: nunc exiguis istuc est pagis, quem Christiani Armeni & Greci incollunt, qui elegans & satis splendide structum facillum nobis ostenderunt, à Christiano quodam Medico D. Virginio consecratum. Fornix est in eodem templo subterranea, in qua ipsa cum infante Christo latuisse fertur, cum ob Herodis tyrannidem ex Iudea profugissent. Paulus supra Cairum in utere reperimus ingentem aqueductum plus quam trecentis firmi cibui constante, ad Nil aquam in Caii arcem denehendam: quibusdam etiam machinis, hoc est, magnis rotis, bonum labore in orbem versatis, aqua e Nilo hauritur, atque in aqueductum inuenitur.

Mauritani & Aegypti pre reliquis nationibus sunt hilares & faceti: nam sine ad saltationem, sine ad chore, adducendis, sine ad rotum corporis in aeternum vibrandum semper parati; quod illis ab omni antiquitate innatum est. Plautus enim Vopiscus scribit Aegyptios magnos poetas fuisse, & comedos, semperq; ad saltandum paratos. Quia in re plurimum a Turcis different, qui natura morosi, lenti & desides sunt. Mauritana mulieres Cairo incola instrumentum quoddam pulsare norunt Cinghi appellatum, quod etiam Constantiopolis non est incognitum: non minus harmonicum est cithara; & licet adeo suauem concentum non edat, auribus tamē placet cum harmonia modo humana vocis modulatio addatur. Mauritani & Aegypti maiorem Musices & sum habent quam Turca, praesertim fistularum & lyram: imo asserere audemus, cui si quæ & sum habent Turca, a Mauritaniis didicisse.

* Hec vox Cinghi ab aliudere non videtur à Gingina, quæ 2332 Pollici, 2333 p. Eustathius dicuntur, nomen exiliis in Iugoslavia que locum edens, nomen habens à Ginga, hoc est Adonide itacium Phrygia lingua dicebatur deflexo, talibusque nubis funerari: vel, ut Fello placet, à gignente ficticia ante unum vocem, vel quod ex anterum offishus ex aliis convegantur. Conclue Hadriani iuncti Nomencalorum.

CAP. XXXIX.

Balsami descriptio.

IN quodam pago hellatum unius hortum Balsami fructibus constitū, qui à Cairo longius haud abest, quam Lendit à Lusitania. Non iam porro Balsami planta admodum celebris, preciosa, raraque est; hic scribere libuit, quidquid ad eius historiam pertinere arbitrati sumus. Quosdam esse scimus, qui Materea Balsamum ex India delatim esse putant: rem autem hanc ita sese habere, postea denudaribamus. In magno quodam horto sunt, sed angusto loco muri conclusæ, quos ex fructis fuisse aumt postquam Turca Aegyptum Sultano ademis: Bacha autem a Turcatus Imperatore hinc regioni prefectum, ea arbusta

arbusta digna existimasse qua peculiari loco cocluderentur. Cum istuc esset, nonem aut decem duntaxat fructes eius aderant, qui nullum liquorum præbebant. Inter notas a veteribus proditas, quibus Balsamum dignoscere posset, una est, ut perpetuo vireat: illud ramen in Materea, apud Cairum, pauca admodum folia Septembri mense habebat: quod nobis insolens visum est. Nam reliqua arbores que bieme vivere soleut, folia solum novo vere abeunt, cum videlicet noua germina produixerūt: solentique autumno magis virere, quam novo vere. At reliqua que folia abeunt, id sub biemem facere solent, ut allate noua adquerant. Ideoque nobis prater naturam v. debatur, Balsamum estate folia abeunt, ut bieme, noua germina produceret: nobis enim id observantibus, quemque habuit folia, recens nata erant. Eius instam magistrum nem tradere nequimus; nam quotquot eius fructes in horto aderant, sibi item folium habeant pedis longitudine & pollicari crassitie, tenuibus ramulis præditæ, rari foliis oblitæ. Ubisunque autem tandem nascantur, duorum aut trium cubitorum altitudinem non superant; & pedali altitudine cum sint, in multis gracieles ramiculi anserine pena caule band crassiores fundantur. Balsamis fructibus Materea iam recens plantari fuerant, sic ut foliis pites supressent, quæ rami orum rudimenta producebant. Eiusdem etenim est Balsamum eum vire nature, quam singulus annis putare necesse est, aliequi degenerat. Noua illa Balsami germina subrubentie cortico erant testa, foliaq; viridia habebant, lentis conorum foliorum modo formata, hoc est, ut inque inerno nata, ut in rosarum, vel fraxini, vel in glandis foliis videare est; ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedebant, sicq; constructa erat eorum series, ut postremum foliis extimam alam occupans, imparem numerum efficeret: nam totius ale foliolis numeratis, terrena, quina, aut septena in-

ueniuntur, septenarium certò numerum superare vix animaduersimus: extremum autem foliolè reliquæ manus est, falso etenim ab illo progressu, reliqua sensim minitora sunt, ut in Rute foliis. Plinius in eius historia Theophrastum per omnia sequutus est, quemadmodum etiam Diocorides, eisque vestigios insistentes, Balsami folia Rute foliis compararent: quod veritatis consonum esse deprehendimus. Non iam autem primum in Materie illud exâcte no obseruaueratos, deno illud spelta-tum inimicis; eisque ramulum nocti, ipsum atque illius folia degustauimus, que facultatis nonnihil adstrictoria esse comperimus, pinguisque aliquantulum saporis atque aromatis: ramulorum autem cortex his odoratior est. Gemini cortice prediti sunt ramuli, extimo foris subrubente qui ut membrana intimum viride operit. Is guistatus, inter Thesi & Terebinthi folium sapit, Saturcie silvestri sapore simili admodum grato. atq. digitis tritus Cardamomum olet: ipsum lignum candicat, odorisque & saporis expers est, non secus atque aliud inutile lignum. Ipsius virga recte sunt & graciles, rariisque foliorum alii sparsim & confusè ordine nascentibus obsepta, qua (videlicet) ternis, quinis, aut seprenis foliolis constant. Variè sunt autorum qui de Balsamo scripsérunt opiniones: & nisi nos ipsi plantam conspexissimus, nihil post illos de co-scribere auctoritate possemus: atque in eam ferè opinionem inclinaremus, illud in Hierico planis nunquam cultum fuisse. Quia autem ipsum fructum vidimus, diligenterq. observavimus, de eo, tāquā de re que diligentis observatione digna, differere libuit. Experiencia autem dicitur, lignum illud vulgo Xylobalsamum nuncupatum, quod ex felici Arabia delatum, a mercatoribus vēduntur, cum Agyptio quod in Materie colitur, conuenire: nam desiccatum nostrum Balsami ramum cum eo quod in officinis venale reperiatur contulimus, atque omnibus notis responderemus.

deprehendimus: estque ex duobus alterius uicem, scilicet, aut Xylobalsamum & Carpalbalsamum, quale in officinis vadunt, adulteriu[m] esse, aut illud Agyptium, quo colitur in Materie horio, legitimeque Balsamum esse censetur. Nam ceteris in officinis conuenient, certi que sumus idem esse, assertimus & concludimus, id quod hoc nomine veniale reperiatur, simile ei esse: quod ab omni antiquitate in usu fuit. Balsamum vero temporis in sola Agypte procolitur apud Cœnū. Et lucis Theophrastus in ea optio-nione sit, id siue istre & ponte nascentis non uenire: se-vere tamen audiemus ab omni eu[m] felicitate Arabia fuisse, atque etiam nunc nasci, cuius lignum & fructus etiam olim ad uerberata fuerint cum aliis Arabicis mercibus. Atque dominj cari voluntaria non minus cogita fuisse mercatoribus quam reliqua aromatice, & medicamentorum, quibus perpetuo inuicem solita sunt, compositionibus apparet. An nra Istridates in summa medicamentum in-tulit? An non in officinis venalia non reperiabantur? Id ex sola Diocoridis auctoritate probari potest, qui sua etate Carpalbalsamum adulterari conqueruntur. Carpalbalsamum (inquit) adulteratur somne hyperico simili, propterea Petrus & oppido dezerter: (per Petram oppidum Alcamini intelligi-
runt) atque de Xylobalsamo: E ligno genere quod Xylo-
balsamum vocant, probatar recte, sicut mentio tenet, fulnum, &
odoratum, quidam tamen Opopbalsamum parans. Ex hinc quod
apparet vulgarius inter reliqua aromata fuisse. Sed
& ex Diodori Siculi, velutissimi scriptorius, Arabia fel-i-
cium opes enumerantis verbis maxime esto liquet: maritimis
enim locis Balsamum producere ait. Cultum igitur id es-
senon intelligit, sed ponte nascentis. Pananias etiam trans-
dit Balsamum Arabia frumentum esse. Plerique tamen
autores de Balsamo agentes inter se non conueniunt: nam
Strabo prodit in Syria nasci apud lacum Genezareth, in-
ter montem Libanum & Antilibanum. Reliqui volunt
R 4 solam

solam Iudeam regionem id producere, cuiusq. ramos osco
cultro, aut vitro duntaxat vulnerandos esse ad liquorē
eliciendum; alioquis si ferro cadantur, sciam emori. Cor-
nelius Tacitus scribit, ferro iuxta adposito metu exhorre-
scere, idcirco alio quam ferreis instrumentis vulneran-
dum, si liquorē eliceret quis cupiat. Percotantes a mer-
catoribus Caii, de Balsamo, cum nostrum ramulum con-
ferremus, nobis affirmarunt, quidquid Xylobalsam vel
Carpobalsami unquā vendidissent, id omne ex Mecca
cum aliis aromatibus accepisse, atque meminisse, suo
tempore, Balsam frutices qui nunc in Materie colun-
tur, ex Arabia felice delatoi esse, magnis sumtibus Sulta-
ni. Quoniam vero id nobis tam multi affirmarunt, ex-
stimatorum sine ullo scrupulo aut dissimulatione nobis
lucere id scribere.

Cap. XL.

De magno Obelisco qui erectus est apud Cairum, & arboribus
in Materie horto adolescentibus.

In Materie horto multa Sebesten arbores & Syco-
mori quae Ficus Pharaonis nominant, aluntur. Illi
ficus nostris similes essent, nisi putamen rubrum habe-
rent, qui essent magnitudine, & perpetuo fissa & bian-
tes. Siccata sunt inutiles: nam arida sunt & dura, gra-
nularia plena, atque migrati insipide gustus, us
perserit qui ius vesci non sunt assueti. Recentes paulo
sunt meliores: attamen, ut maximè celebrem, parum
grati saporis sunt: licet magni census sint universa
Aegypto. Ocum sive Basilici planta ista in agris scri-
tur, atque in triplo maiorem amplitudinem excrescit
quam apud nos. Ea vescuntur, quemadmodum nos alios
oleribus. Mala insana, qua nos Poma amoris dicimus,
magna frequentia in arenosis agris sponte proueniunt,
duorum aut trium generum, alba, rubra, oblonga &
rotunda. Theophrastus nostro indicio * Malinathalam
nomi-

nominat: nam de Aegypti plantis scribens, ait, Locus &
autem arenosis, haud procul a fluvio, nascitur terrenum, &
quod Malinathalam appellant. Omnibus ferre mensis ad-
ponuntur, aut sub cineribus cocta, aut elixa, aut frixa.
In hoc Materie horto demonstratus est nobis locus in
quo Christus cum virginē Matre diu habitavunt cum
in Aegyptum venissent, ex Iudea Herodis metu fugien-
ter: sed & istib[us] est fenestra, in qua D. Virginem repon-
suisse ad quiescendum ferunt. Istib[us] etsam fons est, Bal-
salm horum irrigans, in quo D. Virgo Christum sapientia
lanasse, atque eius fascias pannosque elusa creduntur.
Certissimum est Obeliscos excisos, ut Regum Aegypti
tumulus imponerentur, ut Pyramides atque magni Col-
lossi. Ex his Obeliscis unus nicens est eretus in agro quadam
paulo supra Materiem, longe maior & crassior
his qui Alexandrie sunt, aut eo qui Constantinopolit
Hippodromo conspicitur. Ea confecto, versus Cairum
regredi sumus, ad dextram declinantes, ut alium hortum
spectaremus, uno miliari a Cairo distante, in quo am-
plum & lacum est atrium à Circasis extrectum cum
Sultanis Aegyptio dominaretur. Hec structura, amplius
& capax locus est, magnis lapidibus quadris stratis, te-
ctisq. ad solem arcendum, rectis sustinentibus pilis. Ni-
lius inundationis tempore proximè ad eius parietes acce-
dit. Ad huius structura Orientalem plagam, elegant
hortulus est, in quo multæ Casia arbores, Cypri sue Al-
cenno, Rose, & Jasminum flauum: ad Septentrionalem
vero & Meridionalem, parvæ gemini lacus ad aquam po-
tabilem adseruandam idonei. Univera hac structura
superiore parte picturis ornata est. Eius trabes & asse-
tes ex Palma sunt. Postquam autem Aegyptius in
Turcarum Imperatoris potestatem venit, sensim collabi-
cepit.

* sed meo iudicio Bellonius fallit: nam si Theophrasti locum, qui
estib[us] Plant. hist. 4. cap. 10. totamque Malinathalz histogram diligen-
te

266 D. BELLONII OBSERVATIONVM
ter perpendit eius Malinshalla quæ Mepis magnitudine est, sineque
femine & coeteræ, & filia Cypero limula habet platinum à Mito in-
suo diffite deprehendetur. Sed Bellonio forte vocabulorum affinitas
imponit.

CAP. XLII.

Erone illas quos vulgo Aegyptios appellamus, perinde in
Aegypto inuenientia: que in aliis regionibus.

NVL LAM regiones in uniusq[ue] orbe immunitas
esse existimus ab erroribus illis turmatum incidentibus,
quos falso nomine Aegyptios & Bohemos appellamus;
nam cum in Materea & Cairo essemus, atque secundum
Nilum, in plurimis Nili pagis magnas istorum turmas
inuenimus, sub Palms desidentes, qui non minus in Aegy-
pto exterribentur quam apud nos. Quoniam autem
ex Wallachia aut Bulgaria oriundi sunt, Christiani
sunt, atque plurimas linguis callent. Itali eos Singani
appellant. Istorum uxoris, primitio a Turcis impo-
trato, sepe proflituere publice luce, cum Christianis tum
Turcius, & desque habent in Pera, multis cubiculis instru-
atis, quo quilibet libere ingredi potest, sine ullo Turcius
magistratus mensu; ubi continuo duodena ad minimum
mulieres versantur. Hierronei per Graeciam, Aegyptum,
& reliquum Turcarum dominium, ferrariam artem ex-
ercent, atque inter ipsos excellentes inueniuntur in ea re
artifices. Ipsiusque carbones excoquunt, at eos, ut in-
telleximus, qui ex erica stipulis & radicibus parantur,
ad eiusmodi opera omnium apertissimos esse censent; ferrum
enim indurare creditur. Postquam aliquot diebus insci-
to habemus, & Pyramides spectatim re constitutissimus;
rebus necessariis paratis, ex urbe per meridionalem por-
tam egressi, cymbas inuenimus qua trans Nilum nos
vexerunt. Magno comitatu & proficiscendum est, alio-
qui foliationis periculum incurrendum esset. Eam ob
causam quidam Sangiac cum multis Spahi Domino de
Fumer sepe adiunxit, qui ipsi totique eius comitatu pre-
sidio essent.

CAP.

Liber II.

Cap. XLII.

Pyramidum obseruatio.

ROMANORVM fabrica & antiqua opera (cum
venia id dictum sit) nibil accedunt ad Pyramidum splen-
dorem & superbiam. Aegypti mortuorum resurrectio-
nem expectantes corpora condire solebat, ut ad aeternita-
tem perdurarent, eu comburere nolentes, ut Latini; neque
terra sepeliret, Graeci: ignem etenim animal esse ex-
stinxerant, quod omnia devorat & absumit, quodque
iam fatur, cum his quæ devorauit, perit: minime autem
sepeliebant, quod ne à vermis absumerentur, methe-
rent. Itaque ad ista incommoda evitanda, olim corpora
condiebant cedarum & nitro (que nunc nobis in usu sunt sub
Mummie appellatione), eaque condita, sepulcri conde-
bant, sub ingentem aliquam lapidum molam: tamque
ad rem, maxime sterilia loca deligebant. Pyramidum
etiam locum admodum desertum est, quatuor miliaribus à
Cairo distans ultra Nilum, quem cum vellenti remo-
rum administrculo sub ea insula que Cairo opposita est,
transiimus: sed neque satis fuit fluminis altum semel
transisse: nam postquam in alteram ripam peruenisse-
mus, longus agger nobis sequendus fuit, multis lapideis
fornicis, & quibusdam etiam locis ligneos ponentes ha-
bens, per quos incedendum nobis fuit. Tandem cum pro-
pe Busyrus pagum pervenimus, ubi Nili aqua pontus
lapides fornices exierat, cymba cum superare oportuit:
deinde a Busyri pago, aliis est oblongus agger, qui in
Pyramidum solitudinibus desunt. Nisi alius primus
disidetur longe supra Carrum, canalem promens qui in
Meroetum lacus perpetuo secundum desertum illam
Africe partem occurrent effunditur. Tropice a nobis
distantiam intritus, an hic Nili ramus Aegyptum ab
Africa separaret: nam iuxta Pyramidum basim labi-
tur, Aegypti sterilem regionem a sterili dividens. Nilus
itaque

268 P. BELLONII OBSERVATIONVM
itaque Cairum alliens integer non est : nam iam longe
supra, suas undas in canalem distribuit, qui in Mareo-
tidem lacū decurrit. Superato Nilo, ad alteram eius ri-
pan, in quo latere sunt Pyramides, delati, illum inte-
grum inter nos & Cairum habuimus. Quacunque ig-
tur parte Aegyptius spelletur, non potest non figuram
Delta exprimere. Nam si quis eam circumveat, & a Ma-
reoti lacu incipiens recta linea sursum supra Pyramides
tendat, & inde Damiatam, que ad ostium Pelusiatū est,
descendat, nonne angulum fecerit? inde porro in Alexandriā
pergat, an non duos alios absoluuerit, qui triangula-
rem formam velsit & expriment? Cum per Busiris ag-
gerem iter faceremus, qui quodā loco, ubi Nilus lacum
facit (quod occasionem Gracis prabuit, fabulas suas de
Lethe & Styge comminiscendi, quoniam condita corpora
per eum lacum, ad eum ubi recondi debebant locum, de-
nudabantur) ab exundante lacu pertulpsis erat: qui vali-
dos & firmos habebant equos, praecuntibus itineris du-
cibus sine difficultate transuerunt, at quis debiles equos
habebant, cymbam, qua eos traheret, exspectare necesse
fuit. Nonnulli tamen exutis vestibus, & suos equos loris
trahentes, transuerunt, pertinente sub axillaribz usq. aqua.
Proximū pagi Massi, comites se nobis præbuerunt, &
itineris ducē ad concrendendū Pyramides, que procul ad-
modum a mari absunt, sed a Nilo duntaxat tertio lapi-
dis iactu. Pyramides uidentur esse montes immenses ma-
gnitudinis: sed earum etiam moles magno hominum la-
bore eo congregata fuere. Locus ubi sita sunt, admodum are-
nosus & sterilis est, cuius Plinius, Herodotum sequutus,
in hac verba meminit: Arena late pura circum, lentic-
, magnitudine. Maxima Pyramis, procul asperientibus
minor secunda esse videatur, quod humiliore loco sita sit: sed
si quis prope adseriat, sine comparatione multo maior ap-
paret. Ceterum magis admiranda remera sunt, quam Hi-
stories

storici eas descripsérunt. Amplissima exstructa est gra-
dibus foris prominētissimā. Nos eius basim dimensi sumus,
que quatuor angulorum partibus interuallis cum sit, tre-
centos viginti quatuor passus habet in singula latera, pa-
lūlū extensis cruribus, gradiendo singulos passus nume-
rantes. A basi autem ad cacumen ipsum supputationem
facientes, compērimus circiter ducentos quinquaginta
gradus, quorum singuli altitudinem habent quinque so-
learum. Calcei nouem pollicis longitudinis. In eius fusi-
gio cum essemus, aperte Cairum ex aduersa parte Nili
situm, qua Arabiam desertam spectat, conspicere possum-
us; ad Septentrionem vero conuersi, universem Aegy-
pti regionem veluti submersam, maris alicuius instar vi-
debamus: inde porro ad Meridiem obuertentes faciem,
qua Africa est, arena sterilis nostris oculis duntaxat ap-
parebat. Considerata autem ea Pyramidis parte qua Se-
ptentrionem spectat, eam compērimus magis corruptam
quam reliquis partibus; quonia cum nocturni roris, tum
Nili humiditas ventis aquilonaribus agitata plurimum
illam absumit, manentibus aliis, que vel Orienti vel Se-
ptentrioni obiecta sunt, attamen ab humore non asper-
guntur, integris. Nam Aquilo in Aegypto humidus
est, ciēm in aliis regionibus desiccat. Et hac quidem de ex-
teriorē amplissime primeq. Pyramidis parte. Nunc de
interioribus partibus sermonem instinuere volumus. Nos
eam ingressi sumus per quadratum foramen, quod subire
non licet nisi incurvato corpore: nam transuersim fabri-
catum est, hoc est, ex alto in imum descendendo. Sine au-
tem probabili ratione illud ita extruxisse non videtur
artifex: nam si oblique frōisset, nullū in Pyramidis ca-
uitatem lumen recipi potuisset. Singuli autem cereum ac-
cessum in manu habentes, in id foramen descendimus.
(pluribus enim simul non licet) nam cum ad imum per-
veniēmus, ut in canitatem ingredieremur, in ventrem
pro-

procumbendum fuit, & serpentum more perreptandum, nec adhuc sine difficultate ingressi sumus. In ipsa Pyramide vacuum quendam locum invenimus: inde ad sinistram progressi, alium meatum pergulz quadræ satis a fabrie excise, per quem ad superiora ascensus est, quæ vir erector gradiri potest: nam satis amplius & altius est, magnius latiusq. & perpolitis splendoribusq. lapidibus conformatus, nullus tamen gradibus. Sed pôdia, quo vtrinque exstant, manu apprehendenda sunt, quo facilius ascendi possit. Confectis igitur bac ratione quindecim aut sedecim passibus, peruenit in elegans cubiculum quadrangularum, sex passus longum, & quatuor latum, quatuor vero vel sex argus altum; in quo marmor nigrum solutum, in cista formam excisum inuenimus, duodecim pedes longum, quinque altum, & totidem latum, sine operculo. Sepulcrum Regis cuiuspiam Aegypti id fuisse certum est, in cuius gratiam Pyramidis illius mole exstructa fuit: id autem sepulcrum istic repositum fuisse ante Pyramidis substructionem, non dubium est. Inde regredientes, & per spatiolum illum meatum descendentes, ad Septentrionem vorgebamus. Egressi ad sinistram nos conseruavimus, ubi patrem inuenimus, sed lapidibus nunc fore plenum. Hec Pyramidum historia ab Herodoto, Diodoro, multisque alijs Gracis est prodita. Plinius vero inter Latinos scribit puteum admodum profundum esse; nihilque certius est, ex ea aquam haustam ad fabriam substruendam. Operu[m] potandum: nam interior Pyramidis pars opere signino ex calice & arena constructa est, quod indicium est aqua opus fuisse. Cum in primam cauam retrogressi, longius progrederemur, exiquam aliquam eius partem ad sinistram reperimus confitam: nam aliquis solidi est substructio. Iste vespertilio[n]es erant a nostris diversi, & ab his quos antea in Creteus Labyrinto confixeramus: nostri etenim caudam alis longiorem

non

non habent; at hic oblonga est canda instar murium, quatuor digitis alas superans longitudine. Pyramidæ tandem egressi, ad secundum nos contulimus. Amplissimum porrò hanc pyramidem primo descripsimus, eo quod reliquæ magnitudine & præstantia superet, eaque ipsa sit, quam omnes veteres auctores affectu admirabilem esse scripserant. Perit simus atque validissimus sagittarius in eius fastigio existens, atque sagittam in aerem emittens, tam validè eam eiacula non poterit, ut extra molis basim decidat, sed in ipsis gradies cadet, adeo vasta latitudinis, ut diximus, est hac moles.

Qui plana de hanc, rebusque Pyramide, & similiorum operum Agyptiorum magnitudine intelligere volerit, eisdem Bellonij libellum consulta, cui usulum fecit, De admirabili operu[m] antiquorum & rerum suscipiendarum peccatum.

CAP. XLIV.

Alterius Pyramidis obseruatio.

ALTERA Pyramis, que magnitudine secunda est, nullis gradibus foris prominentibus est instruta; eam obtrem scandi non potest: ea, quoniam editiore quam prior loco est, procul affuentibus maior esse videtur, propius autem contemplanti contraria deprehenditur. Eius forma quadrangularia est, vii superior, sed v/q. ad fastigium solida. Prime fastigium in planitate definit, duos passus in diametro patentem, in qua quinquaginta homines consistere queant: hac autem in cuspide definit minima capace quamvis homo in ea stare possit. Foris intrita incrustata est, atq. ei pars que ad Septentrionem vergit, perinde ab humore quæ aquilones ex aqua Nili & nocturno rore illi impinguunt, corrupta est, atq. prior. Stellares Gracis Colitis nuncupati, circum has Pyramides admodum frequentes sunt. Et in sepulcrorum cauis, que per eam planitatem passim sparso sunt. Inter lapidem interstitia domicilium habebit, missisque venantur, ut nos obseruamus. Tarentoli que adfici a incolent, similes essent, nisi copiatiore essent corpore,

272 P. BELLONII OBSERVATIONUM
pore, crassiore que & planiore capite. Hi sunt qui excre-
mentum illud excernunt, quod veteres Crocodileam ap-
pellarunt, nostra verò officina stercus lacerti. Turcica
mulieres faciem illo facant, atque in omnibus Turcico-
rum aromatariorum officinis venale prostat: sed & in no-
stra Europa satu magnus eius est usus.

CAP. XLIV.

De tercia fine minore Aegyptiaca Pyramide.

TERTIA Pyramis duabus superioribus longè mi-
nor, tercia est autem parte maiore ea que apud Testaceū,
montem est Roma, qua ad D. Pauli eundem est, itinere
Ostie, i. Adhuc integra est, nec magis rimis corrupta, quā si
tā recte ex frusta esset: Marmoris enim genere constat, quod
Basaltus nuncupatur, vel lapis Aethiopicus, pīo ferro
duriore. Ex colapide magna ex parte excisa sunt omnes
Sphinges Aegyptiaca, quales Romæ in Capitolo conser-
vuntur ab Aegyptiis aliquando sculpta. Hactertia Py-
ramis sagitta iactu longius distat quam secunda. Mi-
nimam illam appellamus, comparatione ad duas priores
falla: nam licet Romana quinquaginta candidi marmo-
ris perpoliti ordinibus incrustata sit, Aegyptiaca in mo-
rem eius tamen artifex magna solertia suis fuisse non vi-
detur, si etiam cum minima Aegyptiaca conservatur, qua-
rum plus quam centū per eam planiciem hinc inde sparsa
conficiuntur: nam ne unica quidem ex illarum numero
ad eo virtutata reperiatur, ut Romana. Eam ob causam il-
larum comparatione nouam appellare licebit: etenim
eius interior pars rudere ex tegulis arena & calce con-
fusa dunxtaxat constat, quod subsidens, marmoris in-
crustationem dissoluit: sic ut singula latera iam rimas
aerentia & fatiscentia Terebinthi, Capparibus, Genistis,
Rubi, Tini, Teucrio, Absinthio, alijsq. stirpibus locum
dederint, in quo radices agerent: & nisi lapides ferro &
plumbo firmati essent, iam dudum corrugarent.

CAP.

Liber II.

Cap. XLV.

De platinis aliis Aegyptiis Pyramidibus.

PRÆTER superiori tres, plurimas alijs minores
hinc inde per arenosam illam Africae solitudinem sparsas
vidimus: quarum pleraque etiam parue & rudoris ope-
ri, tum vari generis sepulchra, ad corporum cedria &
nitro conditoru sepulturæ in Aegypto destinata, quem
admodum bitumine in India. Historici prodiderunt,
Aegyptios pro facilitatum ratione sepulera sibi condi-
sse. Opulentiores aliquid opus magnificenter & pre-
stantius fabricari curabant, ut Obeliscor. Colossos. Pyra-
mides: mediocris fortuna homines, alia mediocria opera:
neminem autem adeo tenuis fortuna fuisse, qui non ali-
quot lapides in cumulum congestos pro sepulchro habue-
rit. Locus in quo sunt sepulchra exstructa, adeo incommo-
dius & desertus est, ut nemo istie habitare aut quadquam
serere possit. Inde Plato occasionem samvit, leges sancien-
di, ut sterilia loca, defunctorum sepulture dicarentur:
quod & Graci & Turca nunc etiam observant. Ara-
bam imitatione: nam mortuos sepeliunt salebrosis locis, ad
colles aliquos alioqui natura steriles. Quoniam autem
Sphinx, sive Androsphinx, cuius veteres ad eo memine-
runt, integra adhuc est in arenoso illo campo cum Pyra-
midibus; facere non potuisse quin hoc loco de eam nonni-
hi ageremus.

CAP. XLVI.

De ingenti Colosso, ab Herodoto Androsphinx nuncupato, &
a Plinio Sphinx, ante Pyramides excusa.

DILIGENTER consideratus ingens saxum ca-
put Nili alio vicinum, paululum infra amplissimam
Pyramidem, occasionem dedit ut Aegyptia opera admiraremur. Ut autem Plinius modum exceptus in Pyra-
midum mensura: sic aquior fuit in describendo Sphingis
Coloso ad amplissime pyramidis dextrâ situ, qua Orientem spexit. Non in Sphingum descriptione diutius int-
morari volumus: nam quecumque de hoc animali picta &

Scripia

scripta sunt cum ab Aethiopibus cum ab Aegyptiis, mera reuera sunt fabule. Sed Diodorus ipse cum eas describeret, nihil aliud adferre potuit, nisi picturis, quibus expressa sunt, similes esse. paulo tamen pinguiores, atque minus narratae prædictæ. Hac Diodorus, qui Sphinges ex eorum pictura nos agnoscere cupit, uti Herodotus Phœnicem. Iam vero Sphingum & Phœnicis picturas exhiberi solitæ à vetustissimis temporibus neesse est: quandoquidem eorum tempore ex picturis agnoscabantur. Sphinges itaque ex picturis cognoscere volentes, diligenter quibuscumque existat vel casæ vel sculpta locis, obseruamus quenam eorum esset forma. Sed cum in diversis sculpbris, & veteribus numis adeo varie expressas deprehenderimus, ut ex densis aut duodenis vetustis qua Rome sunt, cum in Capitolo ex marmore Basalte, sive Aethiopicolapiðe sculpea, tñ in peristylo Pœtifici Palati horto Belveder ex Thebaico lapide, uti sunt Obelisci, nulla sit que cum altera conueniat; queq; in Augusti & Hadriani numis expressæ sunt, a sculpis different: libertatem nobis concessam arbitramur statuendi, meram esse fabulam quidquid de us scriptum est, ut postea demonstrabimus. Rex Franciscus, litterarum restaurator, & omnis virtutis parens, binas satis obscuras fundi iussit, ad Romanarum imitationem, quæ adhuc in Fontainebelleau Palatio cum aliis eiusdem Regis vestitatis monumentis videre licet: sed nec illæ cum Augusti numis aliquam similitudinem habent. Imo nullam adhuc confidere nobis licuit, cui note à Plinio illius attribute conueniant. Etenim alia ubera in pectore habent, ut qua sub brachio magni illius Colosi marmorei Nilum exprimitis conspectur, cum in Hadriani numis, tam ea que Roma est in horto Belveder. Alia in alio habet, ut que in Augusti numis expressæ sunt. Alia his omnino caret, ut qua Roma ex Basalte & Thebaico lapide sunt.

Nunc

Nancorrò de Aegyptia Sphinge, quam Herodotus Androsphingem nominavit, cuiusque Strabo, Plinius, & plerique alijs Autores meminerunt dicemus. Plinius de Pyramidibus & hac Sphinge agens, ait: Ante has est cap. 12. Sphinx, vel magis miranda, qua siluetria sunt accolentum. Cum tamen Sphingen nominat, caput immensa magnitudinis duntaxat intelligit, ut ex ipsiusmet verbis apparet: Est autem saxo naturali elaborata (inquit) & inbrica: Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit: longitudo pedum centum quadraginta trium est: altitudo a ventre ad summum apicem in capite, sexaginta duorum. Hoc saxonum forma cubica insidet, nihilque aliud est quam ingens quedam facies sculpta, Casrum spectans. Chius facies vel omnium eius partium, volutinasi, oculorum, oris, frontis, menti, & ceterarum proportione adeo diligenter observata est, ut negari non possit, quin insight artificio sit facta: attamen nullam habet cum aliarum Sphingum sculpturis similitudinem. Rex Franciscus, rerum suspicendarum summus admirator, Herculem ex are suo confolare decreuerat: quod hanc dubitè effectum curasset, nisi morte preventus fuisse: nam eius typus dum assertus fuit Lutetia in Regia de Nelle, quinquagenos binos vel ternos pedes altus. Hunc si absoluere licisset, credibile est hoc opus reliquat cum Romanorum Imperatorum, tum & Aegyptiorum substrunctiones superatrum. Nonnulli existimant Martem cum confolare voluisse: nam & Veneris typus eiusdem magnitudinis iam factus erat: qui que enim viderunt, plurimum admirati sunt. Sed alind opus illis proponeret volumus: nempe Mercurium quem Lenodus architected in Arvernia exerat, quicquid postea Romanum euocatus, Solis Colossum excidit, quem Nero Imperator Rhodi erigi iussit, ex solido marmore, qui exaltè duplo maior erat quam Hercules Regis fuisse: nam quem admodum

modum Regiss quinquaginta duorum & semis pedum altitudinem habere debebat. Rhodius centenos quinos altus fuit. Sed hoc sacram de quo nobis sermo insinatus est, magis adhuc admirandum: nam cum sit solidum, sexaginta & trium pedum est altitudine. Plinius centum quadragesita trium pedum longitudinem illi tribuit. Sed Sphinges in hac oratione nos non detinet: at huius Colossi magnitudo & sublimitas, qui non minus admirabilis est quam ingeni aliquis obeliscus. Affereremus dubitamus, Romanos ex solido sexto nunquam quidpiam confici curasse, quod operis prestans & sublimitate cum Pyramide, aut Obelisco, aut bac de qua agimus Sphinge comparari possit immo quidquid praestans unquam fecerunt, ad Aegyptiorum imitationem id peregrinasse: sed & Sphinge effigies, quae nunc in Capitolio cernuntur, ex Aegypto delata sunt, idque post Plinius sepora: nam ne unica quide nota obtinet eoru que Plinius Sphinge tribuit, neque illa illarum ubera vel alas habet: quecumq; etenim alas gestare videntur. Chimera rum & Harpia rum sunt pictura (de quibus in libro de animalibus) nequaquam autem Sphingum. Romanorum statuas, veterum Aegyptiacarum comparatione, veteres nuncpare indecorum existimaremus: nam inter reliqua vetustatis monumenta que Roma conspicuntur, nihil vetustius conspicimus, quam quod ex Aegypti regno translatum est. Nunc superest ut dicamus unde hec Sphinx sua origine apud Aegyptios habeat. Sole in Leonis & Virginis signis existere, Nilus Aegypti regione irrigat: itaque Aegypti suas opes significare volentes, monstrum sculpturam expresserunt, anteriore parte virginis formam, posteriore leonis referens. Sphingeque appellaverunt: & quoniam pro homini arbitrio sculpsa sunt, ideo earum forma adeo est varia. Certissimum autem est, ingentem hanc capitum mollem sepulchrum fuisse, ut & Pyramides & Obelisci: nam Plinius ait, Amasis Regem putant

putant in ea conditum. Quoniam porro funus conditum id est quod falso Mumiam vocamus, eius consciendi rationem hic demonstrare volumus.

De hoc ingenti Colosso consule ipsius Bellonii libellum. De admittibili operis antiquorum & rerum supcipientium præstantia. Sed an Sphinx & Sarcophagi in genio apud Plinius lib. 10 cap. 72 nostra Similitus & Ceteropoechis simi quos cibum in thesauro massarum condere aut.

CAP. XLVII.

De Mumia, & veteri conditorum & sepeliendo-
rum corporum in Aegyptio ratione.

AEGYPTI mortuorum resurrectionem sperantes, corpora humana ab elementis acre, terra, aqua, vel igne absumi, si agitum esse cœcebant. Nam, uti retulimus, Zoroastes Philosopher eos docerat ignem animatum quandam beluerint esse, quae omnia devoret, & tam deno- rando saturam una cum ipsa re devorata emori. Eam ob causam corpora in Aegyptio cremari uenit, pro aliisrum nationum consuetudine, neque bumari, sed condiri, ut à vermis preservarentur. Pomponius ut Mela de con- ditu Aegyptiorum corporibus agens, Medicata funera Latini ea appellat, Plinius fornata corpora. Ea etenim ad eternitatem usus condiebant, ut adhuc incorrupta maneat, atque in eternum sint duratura. Corporum autem conditorum apud Aegyptios ratio varia fuit: nam qui maiores sumptu impendere posuit, accuratis condiebatur, atque ei splendidior sepulchra curabatur: zemota- men moriebatur, cuius funus quocunque tandem modo non condiretur. Ea corpora seruata, nos Mumiam appella- mus: Arabes tamen & Audtores Mumiam descriuen- tes, medicamentum illud intelligebant a Græcis Pissaphal- thon nuncupatum, cuius priore libro meminimus. Corpo- rum in Aegyptio conditorum, hoc est, nostra Mumia eti- tantus est in Gallia, ut Rex Francicus, litterarum re- stitutor, nusquam proficeretur, quin penitus eius pre- dissemper cum Rhabarbaro illud in pyxide deserrret, at-

que etiam ipse metu gestare solitus esset. Qui, ut suam membranadie de hac Mumia stabilirent, arenosum mare fixerunt, quod ventis agitatū, eorum qui per Libyc aut Arabie solitudines iter faciunt, corpora absorbeat, multis imposuerunt: nā licet nonnulli in his arenis pereant, cū tamen putredini obnoxii sint, non possunt eorum corpora non præfere. Qui Tabulas topographicas fecerūt, & loca unde Mumia sumeretur ad scripserunt, quam iudicio carerent, & istarum rerum signari essent, aperie declararunt. Eos autem minime veraces esse, ex Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Herodoto, Hippocrate, Diodoro, Strabone, & Plinio demonstrare volumus: qui de Aegypto agentes, expreſſe scripserunt corpora istic conservari medicamento cedria: quorum, cum in Cairo essent, tria delata sunt, in iam dictis sepulchris recons inuenta. Nos in plurima sepulchra ingressi sumus, quorum alia concamerata sunt, alia in cubiculi formam exstructa; eorum enim infinitus per arenosa illa loca inter Pyramides numerus est. Muscarum apud Pyramides tam magna est frequentia, ut aer illarum murmure (dum nobis transcurrentibus anolarent) resonaret. Istio Tithymalum platiphyllon obseruavimus. Prandium autē sumpturi ad Nili ripam sub Pyramidisbus descendimus: eo enim illati fuerant cibi, eodemq; quo veneramus itinere regressi sumus. Cum ad Nili alneum peruenissimus, istic nobiles quosdam Arabes sub tentoriis inuenimus, qui Dominum de Fumet expreſſe expectabant, ut illi gratificarentur; qui que prandium illi apparauerat. Quoniam vero binos fidicines habebant, qui fidibus ludentes simul accinebant; ea harmonia delectati sumus, cāmque hoc loco describere volumus.

C. A. D.

ÆGYPTIORVM Lyre sine Viole vulgo dicitur, singularis, aut ad summum binis fidibus sunt prædicta, que ex singulis equina cavae pilis constant non contortis: sic ut Lyre tunc plectri fides similes sint. Cermix oblonga est, itaque dinarciatu admodum digitis tallus sunt faciendo. Magis sine pecticulus binus Lyra, vel eorum testudinis, non sustinetur a Chely lignea, sicut asse, ut in nostris, sed a pescis in Nilo capti pelle, qui Glans nominatur, sub signo adglutinata. Ipsa concava testa, pyxidis plana immorem formata est, quam oblonga ferræ ex ipsa prominente humique inmixo sustinent: etenim eam humero non applicant. Simul accinebant voce parisi sine consonante, qua delectationem adserebat: nam rhythmi erant numeri quos canebant. Eodem die Caiaram peruenimus, ubi multo tempore hæsimus. Mercatores qui istic officinas instruunt, et variis nationibus sunt, veluti Iudei, Turci, Greci, & Arabes. Sed Iudei maiore ex parte Hispanica, Italice, Turcica, Graeca & Arabica lingua utuntur.

C. A. D. XLIX.

De Gyraffo, quam Arabes Zuroapa, Greci & Latini Camelopardalin nominant.

A b omni uctus late Satrapi & Principes viri beluae exterarum regionum fibidoно mīti delectati sunt. Huiusmodi plurimas in Cairo vidi mus undique eo aduentas: inter quas erat quam vulgo Zuroapa vocant, veteres Latini Camelopardalin appellavit, nomine à Pardo & Camelō desumpto: Pardi enim uetus monilis infecta est, oblongumque in stir Cameli haber collum. Elegans est animal, & mitis admodum præ reliquis seru nature, fusc uelutinus, Cervinum firmè caput habet, excepta magnitudine, exiguis obtusisque cornibus præditum, sex digites longis, & pilosis: longiora a mares a femina distinguuntur: S + alio-

alioqui uterque sexu magnas aures habet, Bubulus ferè pares, bubula magne linguam & nigrum, dentibus molariibus, in superiori mandibula carens: collum oblongum, rectum, & gracile, subam tenuē in & orbem inflexā gracilis crura, anteriora oblonga, posteriora autem adeo brevia habens, ut quodammodo eretta stare videatur: Bubulus pedes similes habet: canda ad poplites promissa, orbiculata, pilosissima, equinis triplo crassioribus: medio corpore gracili: moribusq; Camelio perquam similibus. Cum currit, anteriores pedes simul glomerat: prona iacet, collumq; in pettore & femoribus habet, Camelis instar. Sicut gramen depasci nequit, nisi admodum dinaricatis



anterioribus cruribus, nec id sine summa difficultate. Itaque credendum est, eam in solitudinibus recessu duntaxat arborum foliis, cum oblongum adeo habeat collum, ut capite ad dimidia lacea sive farissa Germanicae altitudinem pertingere queat. Cum autem eius iconem ad visum expressam uacuū simus, illam hic exhibere libuit.

* Camelopadalis meministi eti Strabon lib. 16. in his verba: Camelopardalis uellum cum Pardali simili uitudinem habet: colpis epim varia-

te Bubulo similia est, virgatis plus distincto: posteriora eiam humiliata sunt anterioribus, ut & cauda federe videatur ad Boum altitudinem. Anteriora vero crura Camello cruxbustō tunc humiliata: collum rectum est, & in alium exurge, verticem paulo sublimiore. Camelio habet, propter quam partem inconveniens est expulsus; nec tantum celestis habet puto, quantum diu Antoninus, insuperabilem affirmans. Atque itaque non est illi, sed pecus, nullam enim frumenta p̄ se fest. Memini & ifigine lib. 8. cap. 18.

C A P. L.

De eleganti exigneque Africano Boue, quem veteres Graci Bubalum appellauit.

S Y M M A volsuntas est homini studioso, & rerum antiquarum scrutatori, si in peregrinum aliquod & rarum animal incidit, ut illud veteri nomine exprimere norit: nam qui describere aliquam rem ad greditur non expressa propria appellatione, nam operā ludere videntur. Itaque exiguum Africanum Bouem primū conspicere mus quadrato & bene habito corpore & expolito; subuo nobis suspicio inciderit, id animal esse quod veteres Graci Bubalon nuncuparunt: animaduertendum tamen est ne vocabulorum affinitas nobis imponat, nec pro hoc animali vulgarem Buffalum intelligamus. Nos porro in eis omnes Bubali notas reperimus: sed & ex & Aſamia in Cairum deueniū fuerat, licet in Africætiā inveniātur. Iam atate gradis erat, corpore minor Cerno, sed habituore & maiore quam caprea, tam quadrato & bene formato corpore, ut oculis gratus esset tui affidius: nam eius palus flamus, adeo splendens & leuis erat, ut expolitus videretur. Alium magis rufum ad flauum colorent tendentem habet quam dorsum, quod ad fuscum accedit: Bubuli pedes, brevisq; & firma sunt illi crura: collum crassum & breve, exquis preditum palearibua: Caput Bubulo simile, cuius vertice insidet cornua nigra, & admodum in curva, ut Gazelle, lunaq; crescentis in modum inflexa, quibus hand multum se tueri potest, cum in se sint recurva: Bubulus auribus preditus est, armos suble-

uatos & plenos habet: caudam ut in Camelopardali, usque ad poplites promissam, nigris pilis fultam, duplo quin equum et assoribus: Bovis rugitum habet, sed non adeo sonorum. Bresiter, si quis imaginetur se conspicere pusillum Bonem, quadrato corpore, pilo fulvo & splendente, cornibusq. lunatis, surrectis, & in se recurvis, Bubali ideam habebit. Quoniam autem Bubalum non nuncupamus, nomine Buffalo vulgariter adaptato, ingenue faciemur vetustam Buffali appellationem nos ignorare: nam licet in Gallia nullos habeamus, adeo tamen frequentes sunt per Italiam, Graciam, & Asiam, ut nullum animal frequentius conspicatur. Itaque mirum videtur, si Aristoteles, qui in animalium perquisitione septies centena quinquaginta coronatorum milia, expensas faciente Alexandro consumit, illius non meminisset. Non negamus cum Bubali pluribus locis meminisse, & concedimus Buffalum intelligere voluisse: sed reliqui Aucto-



renos in dubium rapiunt, an pusillum istum Bonem de quo cogimus, intelligere non voluerit. Nam Plinius ait: In signia tamen Bonum ferorum genera, Bubalos, Bisontes excep-

excellentique & vi & velocitate Uros, quibus impersum vulnus Bubalorum nomen imponit, cism id gignat Africa, Vituli potius Ceruive quadam similitudine. Solitus eadem dicit. Omnes autem nota quas Plinius suo Bubalo tribuit, huc pro filio quem descripsimus Boni conveniunt. Itaque facile asserimus, Plinium & Solinum per Bubalum minime Buffalum intellexisse. Quoniam autem Bubalum in Cairo ad vivum exprimi curavimus, eius iconem Lectoris oculis subiicere volumus.

CAT. II.

De alio Ceru genere Dame simili, olim Axis noncupato: & de Gazella, que veteribus Oris dictatione,

ADERAT etiam virisque sexus Ceru vel Dame quoddam genus in illius arcis area, quod agnoscere nequimus, sed suspitione ducti, Axim esse arbitramur, de qua Plin. lib. 3. cap. 20. in hac verba script: In India & Boves solidis vngulis, unicernes: & sora nomine Axim, Hinnuli pelle, pluribus candidioribusq. maculis, sacra Libero patri. Vixque cornibus carebat, candamq. Damam instar longam, ad poplites usque propendentem habebat, que Ceruum non esse arguebat. Et sane eum initio videremus, Damam esse existimamus: sed diligentius deinde considerantes, & Dame notas non ignorantem, opinionem mutauimus. Femina mare minor est: atq. viris que corum orbicularibus maculis albis rutilum ad statum tendentem colorem distinguenter aspersum erat, & sub ventre albo colore insigne in hoc a Camelopardali differunt, quod in Camelopardali phoenicea macula satie ample album colorem distinguunt, non autem rutilum, ut in hoc animali Axi. Vocem magis argutam habent, & aeream quam Ceruum rugientes etenim audiunt. Permutatio igitur manifestis notis, eas feras neque certos esse, neg. Damas, nobis occurrentibus, facili manu fuisse ut ilia Axis nomine vocaremus. Aderant etiam cichvres

Gazella

Gazelle e filiis tribus locis cōdēducta, que omnino Caprae similes sunt, corpore & colore Rupicapræ referentes, anterioribus pedibus breuioribus, posterioribus longioribus. Leporis modo: nigrum lineam supra oculos dēclam habent ut Rupicapræ atque Capella instar balant: at barba carent. Pīlīs rutilis est, ad pallidum tendens, leuis & splendens: pectus & nates albescunt, ut in Dama: cauda subtilis candicat, atque superiori parte fusca est, ad poplitum usque suffragines propendens, ut in Dama. Gazella multo leniore cursu motes concēdit, quam in valles descendit, atque in plāno satis velocē impetu fertur. Aures arrigit ut Cervus, gracilisque crura habet & bisulcos pedes: collum oblongum & gracile ut Rupicapra. Maris cornua majora sunt quam seminārum, qua omnino recta essent, nisi circa summum nonnihil incurvarentur, longioraque quam Rupicapra, & luna crescentes in modum inflexa. Cicurari debent: nam aliqui loca campestria, sterilia, & sitica inhabitant.

CAP. LII.

De gestulationibꝫ quæ in Cairo fiunt: atque de Simia genere Callitriches buncupato.

ARABES multas gestulationes in Cairo faciunt, que Constantinopoli non conspicuntur: peraurista vero gestulando tympanum digitis pulsant, vocemque ad tympani strepitum pro arbitrio accommodant: tympanum enim ab altera dientaxat parte membrana clausum est, atque ipsum lignum sex digitorum latitudine, multa anea fragmenta appensa habet que sonum simul edunt: sinistra autem tympanum tenentes, dextra digitis complodunt. Varias gestulationes multa animalia imitari magna facilitate edocent, atque inter reliqua, capras ipsas ephippium gestare, subsultare & que, & calcibus ferire equorum instar docent, quibus deinde simias se fōrtes imponunt. Asinos item concidere, hanc se fōrte voluntare, at-

que mortuos se simulare docent, Simias que in illos insidunt, & petere singentes. Atque, quæ rārum est, Ceropithecos simili er instrūctos habent, cū tamen animal admodum inconstans sit. Magnas præterea Simias illas quas veteres Cynocephalos appellabant, adeo instrūctas habent, ut in orbem singulos spēctatores adeant, manuque protensa ut in illam nummi reponantur innunt, quos deinde suo hero perferrere norunt. Hac ratione varij generis Simias instruunt: inter quas nonnullæ à nostris differunt. Ex harum numero est quæ Plinio ob pilorum venustatem Callitriches nominatur. Rutilat ut aurea pensa, & a Cercopithecorum genere est, quæ Aristotele Cepus dictu fuit: nam oblongam caudam habet ut Cercopithecus.

CAP. LIII.

De apparatu qui ab his qui Cairo Mecham proficiunt, fieri solet.

QVONIAM singulis annis Caravanna ex Cairo Mecham iter conficit, plurimi Turca Cayum conueniunt, ut se se comites addant huic profectioni, quam religionis causa in Mahometi gratia, tametsi istuc sepultus non sit, suscipiant. Cum vero per ingentes solitudines, in quibus neque oppida neque adficia innenuntur, iter faciendum sit: res ad integrum profectionem necessarias comparare solent, atque inter reliquas ticer non eliximus sed in faragine costum. Multa sunt in Cairo officina, quæ ciceris iostri quæ in se fōlent ant: magna etenim copia illud vendunt, cū nemo sit qui non emat, quantum illi in totam profectionem sufficiat. Turce Mecham proficientes, simul duo itenra absolvunt: alterum in Almedina, ubi Mahometi cadaver reconditum est, alterum in Mecham negociandi causa. Nam inde magnam vim Aromatum & aliarum mercium referunt: Mecham autem ea est quam veseres Petram nominarunt, de qua plura libro tertio.

CAP.


Profectionis nostrae ex Cairo in montem Sinai de scriptio: & de singulari cœntris preparandæ ratione hi: qui longinquam profectionem suscipiunt.

N E C E S S A R I U S omnibus rebus ad longam illam ē
Cairo in Montem Sinai profectionem comparatis, per
eam portam egressi sumus que ad Septentrionem vergit,
atque Caravannam inuenimus, qua non procul ab urbe
secundū Moschēā quandā constuerat, & donec omnes qui
professurī erāt aduenissent, exspectabat. Nam per Ara-
biā iter facere non est tutum, nisi magnō comitatu. Do-
minus itaque de Fumet viginti janitzeros corporis cu-
stodes habens, iuxta Nilum cætra posuit, ubi usq[ue] at-
que utrē fluminis aqua impletum, que nobis & nostris
equis in triduum sufficeret, si quidem per solitudines nobis
erat transcedendum, in quibus nulli fontes, neque riuiri
perirentur. Annonam insuper habebamus, que nobis in
profectionem & redditum sufficeret: videlicet camelum
biscoito pane onustum in Domini de Fumet, eorumq. qui
illum comitabantur (qui plurimi erant) usum. Camelum
item carnibus oneratum in sequentem modum prepa-
ratis. Multi atieces rugulati & in frusta sc̄tū elixantur;
deinde ab eis obſibus, in minuta frusta extremi pollicis
articuli magnitudine conciduntur, que cum cepis & pin-
guedine porrò ad totum aque humoris abſumptionē eli-
xata, sale & aromatibus aperguntur, & vasculi re-
conduntur. Haec carnes sic parata diu conſervari possunt:
nam post etiam quindecim dies, addita cepa caleſalte,
videtur illa ipso die apparat, nobisque in solitudinibus
optime ſapient. Eo die in oriente perp. si sumus aſtū, quod
nulli aera spiraret. Notti ſequente ſub tentoriis ad Nili
ripari fixis, duximus: atq[ue] media nocte digredi, ut aſtū ef-
fugeremus, per steriles arenas pedibus cedēs iter facie-
bimus, in quibus nihil aliud crescit quam Hjoscyanini-
gi genus, ſed tanta abundantia, ut agri dimitazar illo

virescerent. Huius ſemine Egypti oleam conficiunt, non modo ad lucernas, ſed ad alia pleraque illis utile. Poſtridie ſabotus eſt leuis ventus, qm totius dies aſtum temperauit nobis ad Orientem tendentibus. In arenosā autem iſto ſolo murus genus inuenimus quod iam dicti Hjoscyanī ſemine ſolummodo viicitat. Dorſum cuiusq[ue] eſt coloris, candida aliud, ſatis oblongum corpus, prolixā-
que cauda, & mucronatum: ut nobis facile obſervare licuit; quoniam quoquā profecti ſumus, ferreum ligō-
num ſemper circumtulimus, quo effossa terra, & hunc
murem, & varijs generis ſerpentes eduximus. Nos meridi-
die ſub tentoriis ſubstitutus, ut cameli & equi nonni-
bil quiescerent: noctu autem eis aquā ex tribus depre-
ptā bibendā dedimus; Cameli autē nō biberunt, quoniam
triduo aut quātriduo in integro ſine potis perſistere poſſunt.
Qui prodiderūt Arabes per ſolidudines iter facientes ca-
melis accinere ſolere, ut illos gradientes excitet, verū dixe-
runt: nā qui camelos agūt, illorū paſſus obſeruantur, ſimil-
que gradientes, cante ad ipsorū paſſus accommodant. Itie
vſque ad medianam noctem ſubstitutus, que frigidiuscula
fuit, ob aērem nebulosum & frigidum (nebulæ enim iſtæ
Septembri mense non minus humectant, quam in Europa
rōres Mayo) interdiu tamen vehementissimus eſt aētus.
Deinde ad iter nos accinximus, ut frigidiuscula noſſis
aura frueremur, diu in tenebris iter facientes, donec iam
diluculo ad Suez puteum perueniremus, quod tribus ca-
ſtris ſue ſtationib[us] factum eſt: prior enim à Cairo ad
Nil ripam, fuit ſub Palmarum arborib[us], altera in am-
pla planicie, terita ad p[ro]teum Suez. Omnibus enim
iſtac iter facientibus conflitus ac mansiones, quas ſta-
tiones appellavit, ſequi necesse eſt: diſtans autem hic p[ro]teus
dui taxat ſe quinilliari, hoc eſt, ſe quinilib[us] ſpacio
ob oppido Suez, & caſtello includitur, in quo t[er]to die
ſubstitutus. Eius aqua ſalſa eſt, quam tamen viatores

& Sues incolae potare coguntur, alterius penuria, nisi a Nilo importetur, lacet in arte Sueingis & elegans sit cisterna, que semel vel bis in anno aqua pluvia impletur: nam tam si raro iste pluiat, mox est tamē iste decidunt umbres. Tute aqua ut camelis & equi potent, duntaxat visui est: nā viatores alia in suū usum deferre soler. Per quā in ea regione stirpes, atq. aliquantulus per planicie progressus. Ambrosiam, Senam, Hieracanthinā quam vocant rosām, Colocynthidem, Acaesam, Palmarum Agatochtis, à Theophrasto descripī, Genista peculiare genus, Rhamni duo genera, atque arborem à Gracis Cai-ris incolis Oenoplia distā inueni. Iste viperam cepit atque binos Cerastas, marem & feminam, quorum anatomem secutus, & sigillatum descripsit, eorumque exuvias tormento complexis. Lacet porrò plura de hoc Ceraste cum aliis serpentibus egerimus, hic tamen etiam meminisse libet eum bina tuberculā instar hordes granorum supra oculos habere, que binam minuta cornua videntur, quorum Aristoteles meminit qui Colubros Thebanos eos nācupauit. At quemadmodū omnes antēores, alter alterius vestigia sequentes, in cunctem errorem incident, in quem prior: sic Solinius Pliny verba sequuntur hallucinatus est, cum Cerasten očōnis cornibus esse præditum sc̄ip̄it; et enim rem ita non se habere compērimus. Dentes viperinis similes, similiq̄e ordine dispositos habet. Hanc ignoramus magnam esse inter viperas differentiam, pro regionum in quibus vivunt, diversitate: nam diligenter cura quam in us cognoscendis adhibuimus, effect, ut in Anglia, Gallia, Italiā, Gracia, Asia, & Aegypto obseruaverimus, corpore colore que inter se differentes, etiam in variis Gallia provinciis. Viperam autem eam intelligimus quam Turonenses & Cenomannicū Aspic nominant. Sed & in Arvernia inueniri, testes habemus. Nam cum apud Fratrum minimorum Monasterium, ab Episcopo

scopo Claremontano Dn. Guilelmo du Prat apud Beau-regard exstructum, essemus, Renatus des prez, Episcopi familie pharmacopœus, Cenomannus, Foletourie munceps, nuda manu unam coram Episcopo etiisque universa familia apprehendit, colubrum esse existimans: at promorso ab ea illius pollice, totum brachium, illico inflammatum fuit cum eiusmodi symptomatis, ut toto oculido de eius salutē per quam exigua spes relinqueretur, postea tamen sanitatis restitutus est. Cerastes non minus quam Vipera omnis & Salamandra, vivuum animal parit. Quoniam vero Aristoteles ultimo cap. lib. 5. de Historia animalium de Vipera scribit in hunc modū: Parit catulos "obvolutos membranis, que tertia die rumpuntur. Eenuit " interdum, ut qui in utero adhuc sunt, abrosis membranis perrumpant: parit enim diebus singulis singulos, & " plures quam viginti. Id nos impulit ut admirāda Dei opera, viperas scilicet pregnantes, videre cuperemus. Attamen pace illius dixerim, sine tunicis illos parere nobis vīsa est. Quod propterea hic aducere libuit, ut aly nostra dubitatione admoniri, etiam obseruent, & istam dubitationem nobis admant.



Plurimas alias insuper stirpes eo agro innenimus quas neque veteri neque recenti nomine exprimere possumus.

Altissimi in Arabia de terra partei descriptio.

P Y T E V S porro chius meminimus, ut ipsius formam describamus mereatur: nam reuera admirabilis est. Magnis sumptibus exstruxer olim fuit, cum Sultanus Aegypto imperaret, ut urbis Sues incola faciliorem aquationem haberent, utque viatores istac transentes suis iumentis aquam potundam prebere possent. Aedificium est non admodum amplum, muris cinctum, & arcis instar quadrangulare, in quo machina est ad hauriendam ex puto, qui altissimus est, aquam exstruxta, cum rota, que a bobis circumagitur: supra rotambini sunt funes simili colligati ad pedis distantiam, secundum quorum longitudinem multe urce adueniunt, qui, versata a bobis rota, aquam ex puto educunt, atque in alucum sub rota collocatum effundant, qua deinde per canalem extra arcem in cisternam fluit: hac arcis aliquantulum munita est, ut horaines cum suis iumentis intiores esse queat. Huic machina descriptio, sit tanquam typus omnium reliquarum qua in Aegyptiis hortis sunt: nam ad huius exemplar omnes fieri fabricata.

De Stipebus quæ arenosis circa Sueis locis nascentur.

C V M apud eum patetum esto, ut diximus, die subtilissimus, dum ante intempestatam noctem discessimus, nec urbem ingredi voluntus, nisi in reditu. Lucecente die, ad Arabici sive littus percunimus, Sues ad quartam milliaris partem post nos relicio: atque per sterilem solitudinem sinere facta, ubi nulla stirpes nascebantur prater Acaciam, cuius quia modice diligenter ab Arabibus colligitur, idq. est quo in Europa in atramento & coloribus conficiendu videntur; luct recentiorum nonnulli aliter existent. Demonstrabimmo tamen in libro de Arboribus perpetuo virentibus, id esse quod veteres Gummi Arabicum nuncuparunt. Eius folia adeo tenuia sunt, ut co-



292 P. BELLONII OBSERVATIONVM
rum ala pollice contegi queat; qua si numerentur, trecem-
ta & quinquaginta reperies. Incola eius ramos logis per-
ticti flagellant, ut folia decidunt a pecore denoranda. Eius
iconem ad viuum expressam hic adpossumus.

Superato Sues, latam planiciem ingressi sumus Sena
virente obstatum, que istic sponte nascitur, qualis ad nos a
mercatoribus adseritur. Sena autem que in officinis ve-
nalis est, duorum est generum, ut ex eius delectu appar-
et: altera enim planas habet siliquas, falcis in modum
incuruas, foliisque mucronata; altera etiam planas ha-
bet siliquas, ut prior, at multo latiores, & minus incur-
uas, foliisque obtuso mucrone praedita. Prior preferitur, atq.
Orientalis cognominatur: altera quam medium vocant, non
est adeo efficax. Regiones unde deueniuntur, hanc differen-
tiam parant. Rerum sibi similius affinitas facit ut er-
rores nonnunquam committantur, quemadmodum in
Sena & Colutea nostris horris vulgari accidit. Plurimi
Sena genus esse affirmant: attamen falluntur, nam nul-
lat facultates cum Sena (qua perpetuo vireret) communes
habet.

C A P . L V I I .

Deduodecim amaris fontibus Mosis, quorum
Plinius meminit.

LICET satis maturè ad duodecim fontes peruenimus,
istic tamen substitutum. Horum aqua admodum
salsa est & amara, seruntque duodecim fontes illos esse,
quorum in Bibliis sit mensio: etenim Mosis fontes adhuc
nominantur: Solo sterili, arenosò nitroso, in amplissima
planicie siti sunt, quinquaginta passibus forsitan inter se
distantes, non quod omnium aequalis sit distans, sed
unius centum, alterius quinquaginta, reliquorum plus
vel minus. Omnes e terra scaturiant ad tumuli vel col-
liculi radices, atque in variis rivis se diffundant, fon-
tium perennium instar, qui paulo post in arena se con-
dunt & evanescunt. Aestus tantam situm nobis concilia-
uerat,

L I B E R . I I .
293
ut saltem illam aquam singuli bibere cogeremur:
qua licet ob nitrum amara esset, ab omnibus tamen ob
summam sitim grati: saporis sunt reperta.

C A P . L V I I I .

De Rubri mariis sine Sinus Arabici canali.

A R A B I C U S sinus ad oppidum Sues definit, ubi
flatio est trivium Turcicarum, que in continentem
bieme pertrahuntur, quoniam portus ille a ventis male
fidus est. Hoc mare, canalis sine sinu duntaxat est, haud
latrior Sequana inter Haure-fleur, & Honde-fleur, qui
sine difficultate & pericolo navigari non potest, ob scopulo-
rum frequentiam. Nonnulli huius maris aqua, solumve aut
arenam rubore exstinctam sed falluntur. Eius canalis a
Septentrione versus meridiem vergit, atque a Sueo ortum
habens per triginta fere milia via recta linea extenditur,
sed paulo infra duodecim fontes, nonnihil ad occasum se
convergit. Planicies in qua versabamus, fere aqualem
cum Sinu Arabici littore alitudinem habebat: at ab al-
tera parte celsissimi montes & rupes ipsum cingunt. Fon-
tes a mari gemino baliste iuncte duntaxat absunt, a mon-
tibus vero quos ad sinistram conficiebamus, integra cir-
cuerunt miliari. Postquam aestus mari recessisset, varia mi-
nitorum pescatorum genera obseruavimus, tuus etiam
conchilarum & aliorum excrementorum marinorum, & in his
ernacei marini quintum genus usquam sibi nobis con-
spicuum, licet iam alia quatuor inter se differentia obser-
uassimus. Omnes conche in ingenti magnitudine excre-
scunt, vel climatis vel separati acri, vel alimenti ratione.

C A P . L I X .

De Rhamni fratre ad sinus Arabici littus nascente.

S E C Y N D V M . littus eius maris, fratre inveni-
mus Rhamno alteri simile, foliis ex acri admodum salsa &
candidantibus, rami spinis horrent, sed obscurioribus, ut in
Europeo rhamno. Origine etiam vestigia obseruavimus, cordis
figura in arcuis impressa, equeabilis etenim est arena. Ex-


proximis montibus descendunt, ut ex dictis fontibus habent & Rhamni folia depositantur. Plinius de his fontibus abinde meminat, & Prodigios amatos vocat, ubi aut Problema fosa duxisse latitudine pedum centum, a situidine triginta, in longitudine triginta, septem milium & quingentorum passuum usq; ad fontes amaro. Ultra determinata mundationis metrum, excessore tribus cubitis. Rubro mari coperito quam terra Aegypti, ut p[er]e immiso mari corrupere tur aqua Nili, qua sola potu[m] prebet. Nos istic quartam a Cairo stationem, & a Nilo tertiam habuimus. Impletu[m] istic vtribus progressi sumus per saxosa & arida loca, rubugine fruticibus praedita, exceptis quibusdam genitissimis. Summis totu[m] die nos visit calor, nam Borealis, qui superioribus diebus nos recteauerat, ventu plane deserat. Et licet aqua quam e fontibus hauseramus, salta facta, & solis ardore quodammodo seruenda esset, vox tamen ad extinguendam in itinere sum susecut; quod sic calida habita, sum potius augeret quam sedaret.

C. A. L.

De multis Arabie arboribus, de que taniferis,
& Chamæleonibus.

No[n] sicut Chamaleones inuenimus multis notis ab Aegyptiis differentes, minores enim sunt, coloru[m]q[ue] plane diversi, videlicet albi, cui rubor admixtus sit, licet autem utrumque genu libro de Serpentibus describemus: eius tamen iconem hoc loco exhibere libuimus, et eius forma agnoscatur, tam etiam quid ante sepius eius meminimus.

Origum greges per agros pascentes, & currentes vidi mus. Circiter autem meridem subtinerunt, ut iumenta quiescerent, & sub tentaculis ob summum calorem delitentur. Noctu[m] aenio iumentu[m] onerari discessimus, ut nocturno f[er]igore frueremur; tam cullos & tumulos inuenire ceperimus; atque ad exiguum fontem progressi, quinque stationem habuimus; comparata ista vita animalia, quib[us] hinc inde a pastoribus quibusdam agebantur,



magnanimum, atque exstructo igne a Tamaricis, arborisq[ue] lanifera, & Acacia Oenoplia que lignis, earu[m] carnes decomponimus. Per istos colles oberrantes, Cappares inuenimus, que in phimularum siccum altitudinem extreverant, adso ut nobis confundende fuerint ad circumfructus colligendos, qui gallinaceu[m] ouum magnitudine equat, & semina intus continet: ipsa Capparis cingulandibus magnitudine non cedunt, & en su[m] frumento piperis instar calide sunt. Ut vero insubres album snapi in vinum ver nachiam inuenimus, ne ferneat, sed dentis dulce permaneat: sic Arabes istarum Capparum semina in sua vina immittere solent, ut dulcia ea conseruant, quemadmodum etiam Aucenna annotauit. Herodotus primus meminit istius arboris lanigeru[m]: quem sequunt sunt Theophrastus, Plinius, & plerique aliij. Ex earum arboru[m] albo est, que perpetua fronde virent. Eius lana bombycinis filamentibus tenor est, ex qua Arabes elegantes pannos texunt, longe tensiores sericeis, & ex gossypio confitit[ur] candidiores. Quod facile colligere licet ex eius fructu quem retulimus lanu[m] p[er]sum. Per montana deinde surpibus que carentia & sterilia loca iher seculis, quas statim dunes quis superaseramus: atque a mari digressi, temtraria fiximus eo vespero in quadam planicie Ampliata etrum quoddam mementiente: nam undique montibus

cingitur, vno excepto loco. Iste fuit sexta nostram annos. Refectis quiete corporibus, & temperato calore, per reliquias dies pariem cum subsequente nocte iter facinus, atque sub diluculum deniū ad mare peruenimus: nam ubi d. gressi eramus, in arcu se quodammodo incurvabat. Ad trium fere sagittarum iacobum per aquam secundum litus gradendum nobis fuit; deinde eo relicto, in magnas angustias concedendum inter arenosos montes, in quibus etiam lanigerae arbores & Cappares arborescentes inuenimus. Superatis ius montibus, in planiciem peruenimus, in qua magnos Origum greges vidimus, sā praeceps ab aquis viventes, ut occasionem nocti simus affirmandi ipsas non bibere; vel si bibat, varius id facere: quod difficile credere non est, & veteres etiam scriptura reliquerunt: hic adde pleraque alia animalia etiam sine potu vivere; mox Anglicana Oves nunquam bibunt, & Cerastes atque Vipera inter reliqua serpentū genera a potu abstinent. Quemadmodum Chamaeleones sine alimento plus quam integrum annum vivere queunt. Confecto magna vivere, & calore iam ingrauescente, eius vitā causa substitutus: ista autem mitigata, iumentisque illico convenerat, tota nocte iter fecimus, atque inter difficiles rupes ingressi sumus, que Arabiam Petream à desertis dividunt.

C A P . xxi.

De primo pago quem in montem Sioai tendentes invenimus.

I AM ipsa luce peruenieramus in apertum locum, dextra & sinistra celsis montibus obiectis, & viximum aqua fontana dulcis limpidaque inuenimus, ex monte procul inde diffuso delabentem. Ea prima aqua dulcis toro itinere a Cairo usq. nobis obtigit. Insignis pagus ad huius loci ingressum ab Arabibus habitatus nomine Pharaon erat, licet ierna aut quaterna adficia exstructa dum-

taxat haberet: nam eius regionis pagi in adiunctum structurā non consistunt, sed homini numero, qui sub palmarum arboribus habitant, aut sub rupibus: suas enim ad eis subterraneas condunt, ut apud Turones & Lodienses, atque multus alius nostre Gallie locus secundum amuei. In ssarū cornicem pyxide tormentaria iste deturbavit, quā Dominus de Fumet obtulit. Pharaon locus nobis elegans visus est, eius regionis quam emensis eramus resperclus: nam punicē malī, palma, olea, ficus, pyri, & aliae arbores fructiferæ egregiam prabent umbras: atque in primis pagis sunt, excepto Sues, quem à nostro ex Cairo discessi inuenimus. Refectis corporibus huius aqne dulcis potu, veribus quea expletis, atque necessariis rebus comparatis, ut gallus, capris, veruecibus, atque pomis, pyris, granatis, vñisque recentibus, deniū invenia onerarum, atque nostrum iter prosequi sumus. Eius regionis incola cum iste rare sint pluviae, alia, ut dixi, tella non explicant, quam "Palmarum ramos, earum truncis submixos, quo se aliquantulum à Sulis ardore tuncantur: ideoz, fusci sunt coloris. Huius regionis asini, equi, cameli, verueces, bœvi, boves, vacce, capra, galina, ceteraq. animalia, multo sunt minorā quam Ægyptiaca. In rupem deinde descendimus, in qua Balani myrtifoliae arbores inter saxa proueniētes cōspiciebantur, Betulae magnitudine, similibusq. ramis: caudice etiam candido, ut precūl intuentes. Betulam esse existimaremus. Pharaon incole, eius fructus diligenter legunt, e quibus multum molis exprimitur. Ut autem istam arborem observaremus, occasionem nobis prabit eius semen cum suis filiis trigone, quod incola Arabs in acerum congeriat apud pagum. In rivo autē similes plantas animaduertimus, que ad Europe rimos nasci solent, ut Syzimbrum, Pul'egium, Conyzam, Anagallidem aquatica, Cardaminen, & Scirpos. Aduerso rivo ascendentis, sub Palmarum silvis ro-

298 P. BELLONII OBSERVATIONVM
tum illum diem per continuas vales iter faciendo insu-
sumus, parvumper tamen sub silentes, nostrorum instrumento-
rum recreandorum causa: inde porro tota nocte equitan-
tes, ad radices praetorium montium Sinai, cum illu-
cesceret, peruenimus, istisque aliquantulum queuenimus:
paulo post nostrum iter prosequentes, per difficulter ascen-
sum nobis subenundum fuit, ut in summum montem Sinai
perueniremus. Humana etenim arte gradus ex solidi sa-
xo parati sunt, & interdum in ipsa rupe excisi, quo facili-
us camelii atque alia animalia in montem traduci
queant: raro autem equi, quod iter nimum sit difficile.
Is ascensus per diuidium miliare durat. Cum ad sum-
mum peruenissimus, plus quam binis adhuc miliariis
nobis progrediendum fuit inter montes instar tumulorum
rotundorum hinc inde dispersos, & ab intaceo diffitior, alios
alios maiores. Tum demum a meridie ad monasterium
peruenimus: cum tamen summo diluculo montem con-
scendere incipissimus.

C A P . L X I I .

De monte Sinai.

D E Sinai monte agere volentibus, nihilq; celebrius cum
istic sit ipso monasterio, oper apreciū usum est, primum si-
gnificare, monachos qui istic habitat, Christianos Maro-
nitas esse, atque Greco ritu vivere: qui iam dudum de no-
stro adueniū pramoniti, nos, obuiam progressi, monas-
teri excepimus. Eorum monasterium existundum est ut
ea que in monte Atbo sunt, illi quod agas Laura dicunt
admodum simile. Templum humili loco struatum est,
quemadmodum & monasterium Iuero. Circiter sexaginta
Caliceri Maronita ut plurimum in eo monasterio
versantur, quorum nonnulli Graci, ali Syri, ali Arabes
sunt, omnes tamen Caliceri nomine retinentes, & Gre-
caritu viventes. Perinde a si monachi Germani, Itali &

H. Spā-

S V M C I T A L I B E R I L X I I I . 299
Hispani Gallici sent permixti; qui hec diverso uteren-
tis sermone, cuiusnam tamen professione essent. Peregrini
monachini binarū accidentes an monasterio expiuntur: nul-
lum eternam aliud est dimeritorum. In rebus suis ad ra-
dices montis Oreb, magna que habeat aquarum commu-
nidatatem: nam rarus e monte delabens eo perfundit, cister-
niumque implet aqua limpida, frigida, dulcis, atque omni-
bus dotibus prædicta. Præaltis muris cinguntur, ut etiam
adversari hostes qui impetum in illos facere vellent, se se-
cutoresqueant. Filiæ & Moschea, sib; pro Arabibus &
Turci, et que bassitū illis depontatum, nam Christiani
monachū accedere non licet, nisi comitatus: Turci Ara-
bibus. Per montis Sinai vales, amississimi conspiciuntur
hectas, in quibus vites & legum na colunt, tum etiam bra-
ficas, lactucas, betar, cepas, alia, porrū, & similes vul-
gares herbas; arbores item fructiferas varijs generis, pre-
ferunt vero Amygdalas.

C A P . L X I I I .

Montis Oreb descriptio.

S V M T O prædio in monasterio, remissiq; solis ar-
dore, montem Oreb descendere institutum, itineris in-
ditibus Caliceris, qui quo singularia in hoc monte obser-
vanda essent, nos docerent, xiiii qui in monasterio p^ro-
fessi, ducem sequunt: Ex Caliceris itineris indicibus
vnu septuaginta, eaque agilis in ascensu erat atq; quis-
piam alii in vnu seco computatur magnum sane bona va-
letudinis indicium in hunc monte incolis: omnes euas-
erant pedes. Montem concidentibus Oriens obicitur et: paulo altius progressi sub monte Oreb zetice
vallo invenimus, in qua tempore extulit loco quo
Hellas commerciati esse dicitur: altius porro, gradus
lapideo solido excisus, atque portam que olim ad graduum
in iugum claudi solebat, ut id latre suingeret, ut qui pre-
sidium

fidium istic collocare velit, descensu ex monte in eum locum facile arceat. Ad summum montis Oreb verticem perducti, aliud templum inuenimus: fuit autem iste mons habitatus ob fontis commoditatem, minime veromons Si-nai, qui aridus est. Diodorus de Iudeorum regione ager, huius montis meminit, Abbatiorum regionem appellans. Scribit enim saxum istic esse munitissimum, quod a pa-cie defendi queat, quoniam unicus est & perdiffusilis aditus. Hunc locum velle illum intelligere nobis videtur; nullus etenim alias tota ea regione reperitur, cui ha-*conatur* possint quam monti Oreb. Itineris Indices si-gillatum nobis sacra loca demonstrabant, presentem au-torem ea quorum in Bibliis sit mentio. Plurimorum Gallo-rum nomina facelli montis Oreb muris inscripta legimus, qui se istuc peruenisse hac ratione testari voluerunt. De-scendentes porro, magnam cisternam inter binas rupes exstrullam vidiimus, non procul a facello iam dicto, & Agiasma nuncupato, in qua pluvia aqua adsernatur, de qua bibimus: nam unus ex indicibus de industria le-bee cum fine ad aqua baurienda deuulerat. Montem con-scendimus qua ad Orientem vergit, descendimus vero qua ad Occidentem spectat: ad eius radios exiguum mo-nasterium Saranda Pateres nuncupatum situm est, in quo ea nocte pernoctamus.

C A P . L X I I I I .

De alio monasterio ad radices montis Oreb sito: deque-faxo, ex quo aqua effluit filii IsraeI.

Hoc angustum monasterium ex altero dependens, templo prae-dulum est, & a quadraginta Patribus nomen habet, in quo panem, vinum, & olivas coditas inuepimus. Iste sunt horti, varijs generis fructibus exculti. Postridie inde discessimus, morem Sinai co-sensuri, qua ad Ori-en-tem vergit, nos autem ad Meridiem spectantes. Sinai mons, Oreb longe celsior est: quemadmodum autem Arbor mons, Sole ad occasum tendente, insulam Lemnon inum-brat;

brat: sic mons Sinai, Sole Oriente, monti Oreb umbras facit. Cum ad montis verticem peruenissemus, durissimum saxum esse deprehendimus ferrei coloris, quod tamē plan-tis non caret: nam Absinthiu scripnum, cuius semē Bar-botina Gallis, vel contra vermes nuncupatur, frequens istuc nascitur, Panax item asclepiū, Conyza, Eupatorium Arabum. Undiq. montibus cingitur, & celsitudine super-erat montem Oeram in Gracia, vel Idam in Creta: at no-stra opinione Olympo Phrygia humilior est. Adeo tamen celsus est, ut eam faciem ad Meridiem obuertemus, facile virumque latus sinus Arabici, aliter Mare ru-brum nuncupati, conspicemus, quod in Britannicis ar-cus formam incurvare videbamus: montes præterea, in quibus situm est monasterium Dini Antonii aut D. Ma-cary in solitudinibus Aethiopis finitimi supra mare rubrum, ubi etiam habitant Caloseti Christiani, & Ar-menii, aliter Maronites nuncupati. Deinde ad Orientem nos obuertentes, quoniamque acies oculorum penetrare po-tuit, nil nisi montes & celsissima afferriat, rupes oculis nostris obiecte erat Arabia Petra ad montem Sinai per-tingentes. Inde porro ad Septentrionem conuersi, & supra montem Oreb, qui se squamiliari duntaxat inde abest, re-gionem frequentibus rupibus & montibus obstram vide-bamus, ad Orientalem usque plagam extensem, in qua Hierusalem, in montanis Monti Sinai cōtiguis sita. Cum ad Occidentem spectabamus, nibil aliud oculis nostris se obuiciat præter Arabiam desertam, sterilem & arenosam, quam ex Cairo venientes, emensi eramus. Deinde inter Occidentem & Septentrionem nos obuertentes, se-renuere, regionem in qua mare Mediterraneum, quod quinque dierum irintre inde abest, discernere potuimus, non ipsum mare conspicere. Iste etiam fons est ex eodem montis latere scaturiens, qui in monasterium Quadra-ginta Parum, Quarenta Padri, defuit, vallemque & Calo-

Nota in
Pyrami-
dum de-
scriptio-
ne lopha
e & al-
iquibus
etiam
peritam
lapis.

Caloierorum litoris irrigat. Planities in summo montis vertice non multo amplior est quam maxima Pyramidis fastigium, hoc est, quartuor passuum: sed paucis inferius multo est amplior: neque eo perueniri potest sine summa difficultate, quoniam nulli istlic adiungunt gradus, & rupes est admodum praeceps. Descendimus deinde in monasterium Quarenta-Padri dictum, ubi canas summa per noctem ui-
mus: deinde ad D. Catharina monasterium, unde pridie discesseramus, regredi sumus. Ostensa est nobis in iuvere rupes unde effluxit aqua que filii Israel sicut sed auist, Mose eam virga feriente: solidus est saxis, rectum, eiusdem qualitatis & coloris cum Thebaico lapide, ex quo cum Obelisco sunt ex illi, tum Pompei columnna in Ale-
xandria. Etenim variorum colorum granularis distinctum est, ut Thebaicus lapis: hinc nostra occasio, ut plurimi co-
gitarint lapidem esse arte humana conglutinatum & pa-
ratum: atramen falluntur, quandoquidem nullus lapis qui adeo ferro resistat ut iste. Cuius autem vicinus sit ri-
vulus qui ex summo montis Sinai vertice delabatur, nobis dubitationem mouit, eam rupem quam Moses feruisse, esse non posse, aut nullum istuc iuxta temporis suorum exi-
stere, quod omnium pace dictum volo. Caloieri rupem (unde fontis scaturigo emanat) supra montem demon-
strare possunt debuerant.

C. A. V. L. X. V.

De locis factis quæ in Monte Sinaï sunt.

PRACEDENTIBS diebus per supremum mon-
tis Oreb verticem iter feceramus: at hoc die secundum
radices eum circumuiimus, atque per eum locum trans-
iunimus in quo filii Israel fusilem vitulum corflentes po-
stea adorarunt. Huius monasteriu atque altiarum solitu-
dinum cum D. Antonij, rum D. Macarij Caloieri
nullum frumentum colligunt: at Patriarcha qui in Cai-

rehabitat singulis annis illis id mittit, & Aegyptiaca legumina: oppidi Tor ad Rubri mari littore incolae secos eum pisces, inter quos Salpas, Sargos, Sparos, & Cantharos exsecarios observauimus. Reconduci uem habent columbades olimas & legumina. Pecus in val-
libus aliunt, non ut eius carnis vescantur, sed ut venundent, & questum ex eius lana faciant. ad alenda sua mancipia: qui vero in vallibus habitant, ut lac excipiunt & caseos conficiant: nam Caloieri Greci neque caseo, neque butyro, neque carnis vescuntur. Vites colunt, & nonnulla legumina se-
runt: solom enim in vallibus sicut rigum fit &
humidum, satis temperatum est. Nam prealtius licet sit hic mons, adeo tamen frigidus non est ut Europa Alpes:
neque adeo calidus ut Europa plana & humida. Adeo autem sterilia & arida sunt hec montana, ut nihil istuc
coli possit, nisi panicula quadam in humidioribus locis. Ea
nocte in D. Catharina monasterio quietum. Postridie
demonstrata nobis est capsula in qua D. Catharina ossa
adseruantur, que in tempore pensum est. Sacra Grecorum
ritus celebrant, multiisque elegantibus picturis & Diuorum
reliquis templum ornatum est. Turca qui montem Si-
nai accedunt, istuc etiam Mesgedam habent, sed in
Christianorum templo non comprehensam: etenim ipsi
etiam religionis gratia eo proficiuntur. Caloieri exteris
eibum adiutoriare solent tam Turcis quam Christianis; sed vilis admodum & exigui prece: orizam quippe,
frumentum, fabas, aut pisa decolla in lignea paropside
in media area proponere solent, quam coqulearibus coro-
nant, & modicum panis sine mantili addunt: singuli
deinde eò aduenientes Arabum ritu se componunt, nem-
pe ut pedibus extremis inflexis ipsorum calcaneis insi-
deant. Hoc enim sedens genus ab omnibus Gra-
bibus

bibus usurpatur. Turca vero aliter sedent, nempe more sartorum Gallorum. Ipse Schecarab qui D. de Fumet à C. a. hoc usque conduxerat, atque p̄fus Nobiles eadē cum Arabib⁹ ratione federunt. Caloiers Iquidam Mānam in suis montibus colligunt, quam Terenianin, ad dariois & concreta differentiam, nominant. Nam quæ Terenianin ab Arabicis Arboribus appellatur, fūtibus adseruntur ut mel, atque in Cariū venalis desertur: Hippocrates cedriū mel, reliqui Graci Libani rorem dixerunt. Quam in Gallia habemus ex Brianon delatam, atque in Laricibus collectam in summis montibus, dura est, atque à iam dicta differt. Cum autem Manna duorum generum sit, utrumque genus in Cariū officinis venale reperitur: unū quod solidum est, Manne appellatione, aliud liquidum Terenianin nomine: de quib⁹ hoc loco nihil dicimus, cum in libro de Arboribus perpetua fronde virentibus, facta superque de eos egerimus.

CAP. LXXV.

E⁹ monte Sinai in Taurum iter.

LA M discesseros Caloieri nos baculis donarū obloqis, teretibus, laugatis & fatis graubus, quos ex eadē arbore renūs aiebant, ex qua Mōsis virga confecta erat, qua percussō saxo, aquam filius Israel eliciuit. Videreur hac arbor Acacia, nīc enodus esset. Nos, relieto quod emensi eramus utinere id quod Taurū ducit, ingressi sumus, quod duorum dūntaxat est diērum. Magnos Origum greges discurretes per Sinai montes & rupes obseruavimus, que instar oulium gyrum multiplicātur, quod nemo eis venetur. Noctem in planicie duximus, postridie summo mane ad eum montem profecti sumus, qui unico die superandu erat, inter Taurum & montem Sinai admodum difficultem. Omnes magna ex parte Abiunctio Scriphio & Pontico, Ambrosia Arabum, Eupatorio, Papauere corniculato, Balani myrsiph⁹ arbore, atq. Genista Ara- bica.

bice genere à nostra diversa obſit⁹ sunt. Nascentur etiam in saxorum fissuris Cappares, plurimum ab his que in arbores adolescent, & que in Grecia prouenient, differentes. Monte tandem superato, eius deſcenſum longè difficulterem inuenimus: etenim cū ē celso loco veniremus, ascensus non adeo ardus viſus est uti deſcensus. Panulum in deſcensu progreſſi, amœnum fontem reperimus, qui ſecundum noſtrum iter de- currebat, cuius riuum diu ſequenti ſumus. Acacia nonnulla stirpes, & Heliotropy maioris, quod in fruticem trum cubitorum altitudinis exereſcit, ſeſe obſulerunt. Hyſcymi praterea genus, in fruticem quodammodo aſſurgens, admodum odoratum & pingue. Conſpiciuntur etiā iſtac Colocynthides & Cucumeres ilueſtri ab Asiaticis & Europeis differentes. Paulo poſt meridiem, monte omnino ſupergrefſo, & amplam laxamque planiciem in- ter montem & ſinum Arabicum ſitā ingressi, quieris caſe tentoria fiximus quatuor ſere à Tauro miliariibus. Pa- lo poſt medianam noctem inſtitutum iter proſequi, ante diſculum in Taurum peruenimus. Colocynthides per hanc planiciem maxima abundantia fronte naſcuntur.

CAP. LXXVI.

De oppido & arce Tauro: tum de singularibus ad rubri mariſ ſitutis obſtrutis.

TAURVM perduci, tēroria extra oppidum quidem fiximus, at in oppidum ingressi ſumus: oppidum autem nuncupamus, licet tenuis dūntaxat sit pagus: ſed quia celebri est iſtac transiui, mariſq. Erythre portus, oppidi appellationem obtinet: cumque regio ad inhabitandum ſit incommoda; magnum quiapiam eſt, talem pagum in adeo ſterili loco conſpicere. Dimidio a Tauro miliari, in planicie quadrageinta palma nobis oſteſe ſunt, quarum in Biblioſ ſit mentio: apud has ſunt aquæ calide, quarum ſcaturigo hand multo maior eſt exili fonte: harum rimis

aliquantulum decurrans, breui per arenas evanescit. Summa loci inconmoditas in qua Taurus situs est, facit ut pauci sint incole: nam lignis & aqua dulci carent, congiunturque procul inde ea petere: ad hac portus non admodum fidam stationem nauibus præbet, tum omnibus venientibus valde sit expositus. Atque equidem haud propriè dicendus est portus, sed marina potius plaga. Pagus editio: nre nonnihil loco situs est, quoniam intume: scens interdum mare, totam planiciem inundat, & pagum ambit, cuius contigua est arx, arenoso loco sita, exigua, quadrato lapi- de constructa, singulari bus tauriculis in quatuor angulis prædicta, leviter fabricatis, & fossis aut aqua dulci carent: vicinum tamen habet puto: em, cuius aqua falsa est, queque alterius penuria bibi posuit. Huius arcis latitudo in- tra muros sexaginta duntas at passuum, longitudo olio- ginta, quales celeriter gradiendo fieri solent: tam ita- que eiusdem longitudinis & latitudinis deprehendimus cum etiaco: illo Palati Lutetiani, Sala nuncupato. Magna Tauri pars a Iudeis incolitur & Christianis Græcis, Arabibus, & Armenis. Templo: etiam est Caloierorū Maronitarum, quorum sacra adumus, par- tum Arabica, partim Armeniaca, partim Greca lingua decantata: qua dñi celebratur, sedere nō solent, at cu: lon- go tempore in tēple sunt singulis scipione: præbenti soler, qui- bus sub aliis impositis innatatur. Magnus est iste siccatorū piscis pronodus, quos, ubi capti sunt, per alios ap- riunt, atque exenteratos salunt & sole resiccant: ev- etenim modo parati diu conservari possunt. Inter reliquos agnomimus Bars Gallorū, quos Latini Lupos nominant, & umbras, quas nostri Maigres appellant, tum Can- tharos, Gallus Brèmes de mer dictos, & Synodontides. Ca- piunt enim plurimos Sargas, Sparos & Auratas, Dorades Massiliensisibus dictas, à Gallorū Dorades differentes, qua in Occano capiantur, queque Faber Latinorum sunt.

Salpa

Salpa isti longè maiores & frequentiores quam in medi- terraneo mari. Coralligenus isti nascuntur, Arabibus Chamein nomine cognitam, interiore parte concavum, numerosisq; tubulis præditum: quoniam vero elegans est, eoque abundant, eti fragmenta ad Mesgedarum & Ca- rabaschara valvas appendere solent. Sunt vero ea frag- menta binorum cubitorum longitudine, coxaq; humanae crassitie, colore partim albo, partim rubro. Lapidis etiam genus isti confeximus, a veteribus Arabici cognomine insignitum: nec agnoscimus, nisi à Caloiero quoipiam admoniti, qui eius globos nobis ostendit à D. Macary phano, quod ab altera sinu Arabici partis, è Tauri regio- ne est, a se (ut asserebat) delatos: ubi non minor eius est copia quam in aliis regionibus silecum. Orbicularis est, granis. Pyriti similis, granis confusus quadrangularis, An- dro-adamantis instar. Taurus Caranannae est statio, que aromata ex Mecha & Arabia felici educunt. Sci- mus autem piper, gingiber, myristicas nuces, caryophyl- los, laccam, sanguinem draconis, atque macuin esse inue- hi: etenim his omnibus Carananna tenerari confeximus, que nobiscum inde discessit, in qua etiam viginti camelii solum onusti fuerunt his conchylis rotundis, quibus claret in Europa appendi solent. At Carr: incola iis uti: tur ad le- uigandam & expoliendam papyri: atq; telas coloribus permixtis gñni insectas, quibus amictuntur, ut olim solito: est.

C A P . L X V I I .

Denasibus & cymbis rubri mari.

C Y M B A , linteisque & alia nauigiorum genera misericordiorum & cognitorum incolay: um earum virium qua ad mare rubrum & Taurum sita sunt, sumibns ē foliis palma contextus duntas at consuta sunt. Que licet non adeo firmicer stipe: atā sunt, atq; si ferreis clavis connecta fo- rent, ut tamen se mari concrederent non formidant: nam li- gneis clavis ea adeo probe compingere, picque stipe: no-

V 2 1800

rum, ut int̄ nauigare queant. Hallucinantur qui naues in quibusdam regionib⁹ ferreis clavis non compingi ob magnetis meism⁹ existimant: nam licet magnes ferri ad se trahendi facultatem habeat; minimè tamen credendum est, cum tanta vi pollere, ut naue ferreis clavis coniunctam, vel è longinquo per trahere posit. Huicmodi vero naues fabricant incole, quid magnis arboribus, quarum afferes ferreos clavis ferre queant, reliquaque materia necessaria destinauntur, adeoque egeni sint, ut aliunde comparare non possint: cūmque præterea naues ferro aut ære veterum more coniungere v̄sus apud eos iam desierit, funibus cymbas consuentes, lembus expensis eas construunt. Huc accedit quid magnis nauigie opus non habent; exigua enim illis sufficiunt cūm ad p̄ficationem, tum ad merces hinc inde per canalem, & aestate per mare rubrum transvebendas. Verum quidem est magnas onerarias naues, tristemes, aliaque vary generis nauigia istic conspici; sed aliunde advenia. Utur sit nauigatio in mari tubo periculosa, ob scopulorum frequentiam. Ad Tauri littus ostrei genus inuenimus Tridachna à Veteribus Gracis nuncupatum, nunc autem à vulgo Aganon vel Agano. Maior est Illyricus & Mediterraneanus, differtq. ab his que a Lemni & Eubœa incolis Gaideropoda vel Acynopoda appellantur. Non minui isti in littore frequens est, quam nostrum in Oceano, eoque Caloseri vescuntur. Generosum isti vīnum inuenimus (nam Christiani Arabes, Armeni, Graciique incola vineta colunt) eoque v̄tres & lagenas impletimus. Aqua quam Tauri incola bibunt, dimidio inde miliari adiudicanda est, eaque non admodum salubris: nam nitrosa & falsa est. Vicus est in eo paucus, aliorum locorum per Aegyptium more concentrus, sub tellum enim incole concedunt, ut ab insigni solis ardore se se theantur. Palma per planicem nascentes,

res, dactylos ferunt pingues, ruffos, molles, & admodum humidos, atque ab aliis rūm prouinciarū dactylis differentes. Eam ob causam incola in sportis è foliis Palmaturum contextis eos reponunt & compriment caricarunt more, massamque conficiunt, quæ longo tempore cōseruari potest, ut tamarindorum massa; isque est vulgaris & primarius incolarum cibus. Ingentes marinas testudines capiunt, quayrum integumentum sive coriaceum non minus amplum est quam edifici alicuius ianua. Olim Christiani us vesci non andebant, quoniam Patriarcha Alexandrinus omnes qui vescerentur, anathematis fulmine pe-tuit: sed postea ab eo soluti, siue nunc vescuntur. E' Tano deinde discedēt, Cœlum reddituri, per planicie iter fecimus, montem Sinai ad dextram relinquentes, & mare rubrum ad sinistram, ad Septentrionem vero tendentes. Polaris stella iuxta v̄sam minorem ad eō nobis humili erat, ut vix quidpiam v̄sa appareret cūm sub horizontem mergeretur. Conspicimus in ea planicie elegantes horitos apud fontem parietibus ex luto paleato cōstantib⁹ cinctos, ad quos nullus nisi per ianhas aditus patet: tum etiam lacerti quoddam exiguum genu, scincorum magnitudine per planicem excurrens. Arabes Dhab nominant. Conferti sunt etiam nobis stelliones, quorum excrementa Arabes diligenter legunt, Greco nomine Crocodilia dicta, arque in Cœlum venalia deferunt; unde ad nos porro adiuehūtur. Inter steriles & calculosas arenas, exiguum animal inuenimus phalangio simile, octonius pedibus preeditum, hoc est, utrinque quaternis, quod equorum crura conscendens, eos mirum in modum diu-
xat: at camelorum ductores simulatque id animaduer-tunt, scopis ad eamarem paratis, ea illico deturbant. Non nibil a mari sinu deflectentes, ad fontem peruenientius, cum aqua subdulcis quidem erat, sed nonnihil etiam salsa, qua ad aquati sunt camelii. Iste substitutus, postridie an-

omnino corruit, nihilque spectatu dignum restat prater
Bazare, horum est, foru, & Basestan Turcico more exstruc-
tura. Ipsa menia celebrem aliquando fuisse urbem te-
stantur: iste victimi necessaria omnis generis inuenimus.
Quoniam vero per singulas urbes Graci, Armeni, &
Iudei Turci permisi sunt, quocumque pervincerimus,
vivum perpetuo reperimus.

C A P . X C V I I .

De cauponis Turcicis, in quibus conuenient ut poliorum go-
nibus habant Posca vel Zychium nominatum,
a cerevisia differens

P A I M U M in Hama observauimus, poisonis illius
veteris, Posca dicti, conficeret varionem penitus non in-
tercidisse: imo affirmamus, nullam in Asia urbem inueni-
ri, in qua caupone non sint, ubi hac poscio venalis non
habeatur. Vulnus Chouillet appellat, veteres Graeci Zi-
thum,

L I B E R I I .

365

thum, Latini Poscam dixerit, vel Puscam aut Puscam
ut Columella & Suetonius, Serapio & Anicentia eiusdem
memnerunt. Candida est ut lac, densaque, & boni ali-
menti; valde autem caput tentat & inebriat, si quis libe-
ralius sumat. Nonnulli existimatunt Poscam id esse
cu Oxycrato, attamen differunt: non Oxycratum id est quo
Graci & Itah nauta vi solent, quodq. nautarum ex in
Venetorum nauibus & trecentibus vulgo bibit. Qui enim
mare sulcant, aquata din adseruare coguntur donec ple-
rumq. corruptatur & fateat: vt tobatur teter ille sapor ex
nimia in vasis adseruatione corructus, nonnulli aceti ad-
miscerunt, quod saturem adimit, & incundum saporem
conciitat: id Oxycratum est. Zythum vero vel Posca,
nunc Posset vel Chouillet dicta, a Ceremis different
qua veteribus Curmi appellatur, & ex integris vel con-
tritis grana fit) paratur ex farina in massam coacta,
qua in capaci abeno coquitur, ex qua deinde orbiculi con-
fetti in aquam demittuntur, que illico sponte ebullit, &
calefit sine ignis administracio, atque in densam sorbi-
tionem coit. Eius spuma alba est & lenis, qua Turcico
mulieres sece ilunere solent; erugat enim, tenerioremque
reddit cutem, presertim si in balneis ea sece fricent: quam
facultatem veteres in Zithe non ignorauere. Ut autem
emineamus Poscam non esse Oxycratum, tunc Suetonij
locu sufficiat, qui rescribit, fugitum Casaris mancipium
Capue deprekesum fuisse Poscam & tenalem habens: certe
nisi capio aliquid quam Oxycratum continuisset, fri-
gida admodum fuisse eius taberna, exiguumque fecis-
set quasi um.

C A P . X C I Z .

De rube Tarlo, D. Pauli patria.

D I V ante lucem ex Hamam digressi, in tenebris per
locum in colle suum transiimus, quem Sebastianopolio urbis
rudera esse nonnulli existimant, ubi adhuc pleraque re-
sta-

Eæ columnæ conspicuntur, quæ utique è Palati Herodis, alijs Herodianis esse assertant. Vulgaris tamen in quilonorū opinio est, columnas esse templi D. Joanni confervatis, illaque isti e caput ademptum fuisse. Inde in vallem descendimus, ut la pido ponte a nonem superaremus quem plerique Oroum existimant, alijs Irin, alijs Martianus magno impetu labitur, molasque versat. Rursus deinde condescendendum fuit ut in planiciis perueniremus, que, meo iudicio, antiquitus Sabaei campi nominabantur, amplam & omni die itinere patentem, ab arboribus planè liberam. In ea scriitur sese nam & gossipium. Postea perennimus in urbem Hama, sive Hamza, olim Tarsus dicta: d' midj die itinere ab Haman (quā nonnulli neotericis Apamiam veterum existimant) distante. Sitatq; hac urbi in valle alius ad modum populo sit, ut ex membris latè sese explicantibus, & ruderibus apparet. Arcem habet in collē sublatam, ut ea que in Haman est. Conspicuntur adhuc multæ veteres magna præalteq; turres. Nulli regioni commodius comparare Cilicie regionem in qua Tarsus, quam Beauſe Gallie Vernis quidem est, secundum Cydnus flumen, quod medianam urbem secat, sicum, morum, instandens, aliusque fructiferas arbores prouenire: sed campestria ab arboribus libera. Magna aquæ commoditas qua horti irrigantur, facit, ut hec regio mediocriter culta sit: nam cum fluminis altius admodum depresso sit, magnis rotis aqua ex eo sublevatur, & per canales non modo in hortos distribuitur, sed etiam urbis balneis seruit. Habet etiam magnas Mesquinas sic satis bene instructas: at priuatorum edificia hinc inde sparsa sunt in colliculis. Flumini vado fore superari potest: nam cataractis quibusdam exiguis sifflatur, ut per canales molas versare queat. Propter ea parvū lignesum pontem duxtaxat habet. Hama sive Tarsus Dini Pauli patria est, qui tamen isti non natu, sed pago Gischalii in Galia

Galilee apud mare Tiberiadis. Tarfi diu non hasimus: nam simulatque nostra iumenta pastia fuerunt, iter prosequi sumus.

CAT. C.

De Cilicie planis, deque cisternis in terra reconditis, que aqua plomia impletuntur.

PER argillaceum solum & campestria loca latè potentia aquæ, expertia iter facientes, in Beauſe, vel Lodusensi Gallie regionibus versari videbamus: nam virx ad erga altitudinem fodere quis possit in Cilicia, quin saxum inueniatur, quemadmodum in Lodusensi tefus. Cilicie incole, ut commodius vitam traducere queant, rationem conservanda aqua in suum & iumentorum usum inueniuntur: nam cisternas in ipso saxo sub terra excavant, angusto superiori ore, qua aqua pluvia ingredi possit. Quod si interdixa aqua desit plus enā quatuor miliaribus inde petenda est. Nullas isti stirpes obseruamus præter Alphodelum & Fernam. Licet Cilicia Beauſe Gallie simili sit, agricultura tamen differunt, quoniam frequenter est in Beauſe, in Cilicia vero proponendum nulla: immo ligat illi petenda sunt e montibus plus quam bidui itinere inde distantes. Eius rei penuria, granum quoddam serunt Italos & Gallos ignotum. Sorgo Insubrum ferè simile, a quo colore solummodo differt: Sorgo etenim rutilum est, illud vero album. Eius apud Gracos & Latinos Auctores nullam mentionem inuenimus: Arabes* Hareoman appellarunt. Incole eius calamos pollicari magnitudine crassos diligenter colligunt, & ex illi ignem, alterius ligni penuria, struunt. Molae domi habent quibus grana conterunt, atque ex farina massam pisiunt duram, quam tenuiter admodum complanatam, radis solanib; coquunt, aut veteri Romanorum militum more, qui calefacta ab igne tegula atque lapidibus utrinque sustentata pistam massam complana-

tens imponentes coquebant. Eadem ratione rufili ci-
nem coquunt: at urbani in cibano. Nos antea siud idem
triticum in Epiro nascens obseruaueramus, cuius rusticis
magno saccos Corcyram in foro defrument, quo insula illa
incolae columbas alunt. Ea nocte in Carabassara per-
uenire non potuimus: nam imber in pago quoddam manu-
re coegerat, ubi paucimam memoratim annuenimus, alijs
que cibos, uniusque precio redemptas gallinas & ova. To-
stridie summo mane discessimus, ut quod pridie decesse-
rat, compensaremus, & per campestria loca iter fecimus,
donec sub vespera in colliculos incideremus cocc gero
fructus abundanter, deinde iam nocte ad Marat radera
perueniremus.

* Harounan sicut Bellonii, id ipsum est quod doctissimus vir Doctor
Leonardus Razwolthus Dorkab incolae veteris Arabico non iecit & Rhau
Scrapponique notu vocari uadit, elegantisque dicti in cap. 5, Lib. 11.
Itinerarij (al.)

C. A. F. C. 11.

Rainatum Marat descriptio.

MARAT sunt olim ampla & elegans urbe, ut ex
eius ruderibus appareat, quam olim Maronias nomine
fuisse insignitam, facile induceremur ut crederemus: ni-
hi tamen assertere volumus. Mirum est non alter ha-
bitari, quandoquidem & fontibus & riuis non destitutus:
nonnulli solummodo Messinae conspicuntur, & paucia
quadam edificia sub formicibus. Itie compeximus homi-
nem palo affixum Turcarum more: sic enim flagitiosos
plectere solent. Nam simul atque qui deliquerit, de frustore
admisso comillus est, illius manus & pedes quaesivit palis
solo defixi alligantur, deinde praecutum palum lignum
ano impositum maleo incutunt, donec aliqua corporis
secundum caput parte cuiusvis emergat, eaque ratione af-
fixum attollunt & reponunt, expansis brachis, & pedibus
pendentibus. Hoc supplicij genus nouum non est: nam
Herodotus de* Scytharum (a quibus Turce originem
trahunt) sepultura agens, scribit mortuo quopiam Scy-
tharum

tharum Rege inter reliquias ceremonias obseruari solere, ut
quinquaginta adolescentes eius mancipia palo per spina
longitudinem ad caput usque transfigerent, deinde cir-
cum Regis sepulchrum palorum crastorem parvum & in-
simam terra infigerent. Dicimus ergo hanc palis affigen-
di rationem, suorum praedecessorum consuetudinem resi-
pere; que tamen quantum ad sepulturam attinet, apud
eos amplius non obsernatur. Marat equaliter distat a
Tarsō & Halep. Campestria eius regionis loca frumento,
hordeo, gosipio & sesamo sunt constata: nulle autem arbo-
res vel fructices conspicuntur. Nostrem traditionem in
Carabassara. Postridie iter fecimus per loca adeo plana,
ut equor planius esse nequeat, ad noctem usque. Terra
eadem ratione excolitur quam de Syria agentes com-
memoravimus. Praecipuus regionis prouentus est Gossypium
& sesamum quod Iunio mense seritur. Non dubito quin
tā facile in Gallia promeniret quam in Asia si quis pericu-
lum faceret. Cuius rei testimonium Italia prebere posset,
qua Romani Imperij tempore sesamo & gosipio constata
fuit, nunc vero ne vnicam quidem eorum plantam alit.
Gossypium integro semestri in terra non permanet: nam
Septembre demetur, Maio autem vel Iunio seritur: sed
singulis annis serendum. Inuenimus tamen in Carris hor-
tis perenne, & humanam altitudinem superans. Aliud
porro est Gossypium genus quod ex India vel Brasiliana
regione desertur, ab eo quod crescit in Asia longe diuer-
sum. Nam Brasilianum, semen habet crassum & mi-
grum, atque simul in dena vel duodena grana congesum:
Asaticum vero singula grana habet separata. Sub rese
ram innenimus riuum versus Halepum labentem, quo
pretergresso, mollius solum desit, sequitaque est aspera
per montes & saxa via: deinde oleas, malos, pyrus, pru-
nos, amygdalas, compeximus. Distat us riuis tribus ab
Halepo miliaribus, quo sero admodum peruenimus, &
exceptis

* Quoniam Bellonus sepulcra Regum Scytharum meminimus Herodotus, ipsius Herodotus in Melphynene Iuribus, & verba adponere habebit, que nouum il ab his quae in codicis additum Bellonus, differunt. Is politique multa de Regis, cuius tota sapientia ratione retalis, additi Cucumatio anno, ratus hoc agit. Et famulus Regis immos fumum (sunt autem i Sythie indigenes nam famuli sunt quas Rex iullenit, nec villos reuelatis ei multitas). Horum membrorum quinqaginta quae sunt flangulae, scionem prestante si nō sequitur, vacuas & porosa aliena, palma impetrat et coquunt, & vbi diuidim formicis soper due ligna resupinatur itaenam, alterum que dividit super altera duo ligna, & item alia multa haud e molli densior, cum super ex equis imponant crux lignis in longitudine ad circulum & pectora trahentes, ita ex pectore formatae ultimamente armis exponunt, posteriores vero iuxta temora incipiunt voces, utique canticis superbus pendebut. Equos autem infrenant, eorumque liberas ad palas extensas alligant de hinc super eorum linguis flatu stratos angulos quinqaginta quatuor Brangulatores, hunc in modum: Unicusque rotam rectum soportans per spinae ad ceru circuque transfigunt: quod inferior fibris exstet viarium, infixus tigno illiusque equus tractus est. His quoque subspicibus circumponunt adiungunt. Hunc in modum Reges sepelunt, &c.

CAT. C. I.

De urbe Halep, antiquitus Brittiorum dicta: &
de Rhababarbo atque i Ch. nico.

H A L E P ab omni antiquitate celebris fuit: nam totius Orientis maximum emporium est, caput etiam est Comagenes. Nomen Arabicum adquisuisse creditur, quod quemadmodum Aleph prima & Alphabeti littera est, sic Halep primaria eni regionis in qua sita est, urbs sit. Ex Neotericiis nonnulli, veteru Hieropolim esse existimant: at Gillius Berrhaem esse censem. Caranam ex India, Persia, Mesopotamia, aliisque Orientis regionibus aduenientes, in Halep onere liberantur. Qui vero in Indiam, Persiam, aliisque Orientis regiones proficiunt, semper istic negotiatores reperiunt, qui ultra citroque committant. Quoniam porro in eam urbem omnes totius Orientis merces deferuntur, Veneti Consulem ibi commorantes habent, tamquam Legatum, qui merces istic comparat, easque ad vicinos maris Mediterranei portus Tripolim & Berytum deuchi curat. Ut autem rerum Oriens-

Orientalium negotiationem commodius intelligere queat, plerosque ex suis libertis istic educando curant, quemadmodum & in aliis regionibus, ut indigenarū mores obseruet & linguā ediscat. Cum Caranam mercib[us] quibus usum, a Halepum appellat, unius diei spatio omnes coemuntur: nam pradinetes & opulenti sunt mercatores, quis illic eas redditū. Maxima pars Rhababarbi que in Europam inferuntur, in Halepo empta est; eo enim interdum duodenis camelis Rhababarbo omitti, ex Assamia, ubi diligenter colitur, simul aduenient. Neminem unquam videre contigit, qui assertere posset se Rhababarbi stirpem conspecificē, de cuius facultatibus Mesueus auctor Arabus luculentē scripta: Rhapoticis vero, quod Greci adeo commendarunt, nusquam meminit: ipse vero qui vel Damasci vel in Halepo comorabatur, aut sua et sic Rhababarbi ex India & regione Seni, hoc est, ex Assamia vel Assyria) deinde ex Barbaria & Turcomania solere inferri. Addit preterea, indigenas Rhababarbi fragmenta macerare aqua fatos esse, succinique exprimere, e quo densato & exsiccato trochiscos efformarent, deinde Rhababarbi fragmenta resiccantes, mercatoribus venundarent. Ipsius etate id fieri solitum a mercatoribus credibile est: at nūc cum non ignorent magnum questum ex Rhababarbo accedere, quod apud omnes nationes in usu sit, adeo diligenter illud colunt, eaque quantitate, ut cum in Halepo esset, dena eius pondō duontaxat duodenis ducatis vaniret. Semper tantū istic equalis precij no est: nā cum Caranam eiū exigua copia ex Assamia aduebit, sequente anno carius estimatur. Colitur, ut diximus, in Assamia, hoc est, Mesopotamia, & semine seritur: radices crassas agit instar Bryoniae, quas in talca orbicularis secat, desiccatque, que panilatum absumente se humore corrugantur. Plerique tam ob causam abs expressione ul contingere existimant: experientia tamen contrarium docet. Vi autem certiores

essent, diligenter inquisitum a mercatoribus Halepu confluentibus, si aliqua fieret eius maceratio: sed paucis ubi nascitur, in vsu esse, raroque medicamentis que Rhabarbarum recipiunt, uti comprimitur. Quando huius seculi Scriptorum commentarios lego de Rhabarbaro diffutantium, an veteribus cognitum fuerit (Arabes auctores pro recentioribus, collatione ad Grecos facta, habeo) & Mesven in quatuor genera illud distingue-re, nullamq; de Rhabapontico mentionem facere animad-suerto, & Caravannas ex Assamia tantum adferre Rhabarbarum pro comperto habeo: Mesven per quartum Rhabarbari genu ex Turcia delatum, intelligere Rhabaponticum affero: atque, ut verum fascat, Rhabaponticum Rhabarbaro admodum simile est: & licet idem esse non dico, proximas tamen utriusque esse facultates, liquido constat. Primari: incrustata, gumi, & aromata, ut Galbanum, Opopanax, Styrax, Laser, Sagapenum, aliaque huiuscmodi, ex Halepo ad nos deferuntur quemadmodum & Scammonia. Firmiores dactylis ex Mesopotamia Halepum inferuntur: Aegyptiaci enim & Africani adeo pinguis sunt, ut seorsim conservari nequeant, sed in massam simul comprimantur. Tridius autem taxat itinere ab Halepo Tripolis distat, quo Veneti appellant ut suae naues onerent mercibus in Halepo coemptis. Sequens dies dicatus fuit visitationi urbis, que amplitudine & Aureliane urbi Gallia comparari potest. In eua umbilico tumultu assurgit rotundus, cui imposita est arx, fossis aqua plenis cincta, quam Sangiacus cum suis militibus inhabitat: cum tamen veteri more exstructa sunt, & cum editio sit loco, procul conspicua est. In ipsis fossis inclusus erat asinus ferus Onager dictus, ab asino Indico qui unicornis est, differens. Iste etiam auem vidimus Grus ferè similem, sed minorem, oculorum ambitu rubro colore tincto, ardca canda, & voce exiliore quam

grise,

gris, balcaricam grem à veteribus fuisse nuncupati credimus.

* Bellonus i quod eius viri bene de republica literata merito vena dictum volo: per patrum Melvei verharum scriptarum milia videtur, cum per Indiam & Scinde-pontem, Atanizium Iue Mesopotamiam intelligatur. Nam etenim euquam, portus ipsius, in Mesopotamia de Alsyna Rhabarbarum nati recipiunt: sed omnesque Sinenses regione atque affectu in ipsam Indiam, Iechiam, Otroua, Halepum, & Alexandriam, deinde in Europa.

CAP. CII.

Peculiaris platearum per diuinis Turcicæ pagos
& oppida descriptio.

PER universum Turca dominum, vehicula aut currua ducere non, luci per pagorum & oppidorum plateas, neque per fora: sed in medio platearum semita est de industria facta; cum ut aqua ista effluere possit, tum ut equis viam prebeat: editores sunt virgine via, & quasi in scannorum speciem sublevata, atque pluteo tella, ad umbras arcendos & solis ardores astate: cum enim Turca longis talaribus vestibus & ad terram usque demissis utantur, eas omnino confuscent, nisi ea ratio in singulis urbibus observaretur. Indefit ut plateas non sint lapidibus conlitate, sed ne puluis in foro & Bazistan abs oblongis ictibus velibui astate excitetur, quisquis tabernam habet, aspro singulis mensibus numerato redimut operans barni, qui singulis diebus mane ex ore aqua promit, & effundit ante ipsius tabernam. Omnes omnium urbium taberne Turcarum Imperatori sunt, que eas mercatoribus elocat, neque permittit ut istic familiam alant, presentim in foro. Mahumetes etenim vetat nemulieres vendant, vel emant, vel in publicum prodeant. Cumuscunque generis opifices, boni consulunt quem dictum faciunt questum, neque noctu laborant. Aliquot diebus in Halepo basimus, atque tamen ambitum, que latius se expandunt quam Damasci, multis locis obliqua, ut Hierosolymitana, turresque in ambitu sic admodum

sumi scimite. Otto portas habet Halepum, & frequen-
tia vineta viretaque, & elegantes hortos in maniorum
ambitu, in quibus brassica capitata, latifolia, betea, par-
rum, cepa que coluntur, in foro deinde venum expo-
nenda. Ceteris numismatibus utuntur Turca ponde-
ris vice, unciarum videlicet, semunciarum & dracoma-
rum: qua de causa nos multis locis Graeca & Latina na-
tus sumus: quando vero illa exquirere volebamus, tuber-
nus mercatorum adibamus; atque Giaur mangour, hoc
est, Christianorum monetam expetebamus: tum nobis
proponebant quae habebant. Turci, Arabes, Aegypti,
alioq[ue] omnes Orientales nationes Turcico Imperio subie-
cti, nullam habent monetam nisi auream vel argenteam:
aurea obv[er]te auri ducatorum est; argentea, depurati
argentii, non mixti: aliud tamen est moneta genus apud
Turcas, quod ipsi Mangoures appellant, ex puro ore,
quorum sedecim asprum considunt: quoniam vero gra-
ue est, nemo eo se onerat, sed easum duntaxat sive, ut
asprus permutari possit, cuius precium aequaliter potest
carolo Gallico decem area minuta pendens. Viraque an-
tem cum aurea, tum argentea, inscriptionem habet Ara-
bicus characteribus expressam, Arabes autem & Aegypti
aliud moneta genus habent. Meidin nuncupatum,
quod asprum cum dimidio conficitur. Halepi incolea Ara-
bica lingua utuntur, non Turcica, sed & per Aegyptum,
Arabi, Syriam, Ciliciam, aliasque vicinus Prosim-
etias, solius Arabica lingue usus est.

C. A. D. C. L. I. I. I.

Iter ex Halepo Antiochiam.

ANTIOCHIA M profecturi, ex Halepo à meridie
descessimus, & per excultos riguōsque agros iter fecimus:
sub nocte in matutine in pagū nomine Farrou peruenimus,
inxita quem in agro prealta columna scapus erector stat
sive epistyllo. Postridie diluculo paulum progressi, agros
relin-

relinquentes, per confragosa loca p[er]que colles iter feci-
mus. Arcis ruderā conspeximus, ad cuius portam na-
scetur Hedera alba, nonum nobis spectaculum, quippe
qui a Corcyra discessu similem non viderantur. An-
drachne in tumulis nascentem etiam repertimus, cuius
ramos suo fructu onustos quilibet abstulerit ut in itinere
ederet; nam maturus erat, elegantique suo colore singulus
ad edendum invitabat: Racematum coheret, magnitu-
dine & colore fructus Rubiidae, quē Galli Framboise
appellant, mollesque ut Arbuti fructus & Suberis
quem sapore refert. Arianam item, Esculium, Terebin-
thum, Elephino, Latinis Alaternus dictum, Italis Ter-
mi & Narni incolis Alinterno. Per valles interdura
ter facientes, vetustum edificium dirutum, monasterij
cuiusdam forma, cuius umbilicum occupabat elegans
turris, ad sinistram reliquum: aliud preterea elegans
edificium ē quadrato saxo exstructum, in quo Latini
characteres insculpti erant, sed dirutum, Romanorum
hanc dubie opus. Pratergressi deinde summi riuum qui
ab ipsa fonte scaturiente tantum aqua effundebat, ut ea
ad lora quibus nostri cameli cincti erant, pertingeret.
Pernotauimus ad basim arcis Hierum recuperata omnino
durata, & solitario loco sita; qui si caleretur, non mi-
nu facundus esset quam quis ex Italia uberrimus.
In tumulo sita est, ut eequa in Halepo & Haman sicut:
vixque credibile est, decem hominum milia illam intra
biennium excavare, & scopulum ad fossas quibus pradi-
ta est facienda perfringere posuisse. Videtur natura
elaborasse ut hunc tumulum in scopulo collocaret, quo
bac arx exstrueretur. Postremus u[er]e est Turcice domi-
nationis locus, in quo nascentes Colocasiā & Musam
consperximus. Ibidem in scopulis crescent Andrachne
& Alaternus; nec alis lignis usi sumus ad parandam
nobis cenan. Ceterū in Car-bassarano nō tem non tra-

duximus, at in quedam illius pagi edificio: rarissime autem accidit ut in iis regionibus aliqui inueniantur qui peregrinis hospitiis praebant: sedq; si praebeant, locum duntaxat aliquem sub portico vacuum, nulla supellecile instrutum dant, perinde ac si quis in vacuo horreo exciperetur. Iste obseruanus dignum quidpiam quod hic adscribatur. Noster ille campo pugionem falcatum Arabum more habebat, eumque nec auro nec argento exornatum, quem noster interpres quatuor ducatus ab eo redimere voluit: at ipse tenuit, sex ducatus Damasci empium esse affirmans: at arbitror similes duodecim vix uno coronato in celeberrimatotius Gallie urbe empium iri. Pleraque unguenta habebat, ut metopium, rosatum, aliisque familiae quorum in Syria & Arabia vesus est; nos vero spernimus.

* Subiectis illis fuisse Liege Bellonii fructus quis sit, ignorate me, ingue facio, quod etiam in nolita Hispaniarum turpum historiā lib. i. cap. 4 admouui,

C A P . C V .

De urbe Antiochia.

S Y B S E Q U E N T E die campestria loca latè admodum patentia invenimus ubi flumen Oroum, quod Antiochiam defluit, quoddque precedente die diu sequenti fueramus, longè supra & Antiochiam superauimus magno conic in quedam stagno quod oīam Meandropolis stagnum nuncupari cedimus. Diu suminis illius cursum sequenti sumus, donec in stagnum sese effundoret. Antiochia bidui duntaxat itinere ab Halepo distat: at quonia imbre de ciderant, & camelis onera portantes difficulter gradiebatur, duos cū dimidio dies insumsumus. Vt porro ad eam urbem qua sub stagno sita est veniremus, à recta via Constantinopolim ducente defleximus, atque illam ad dextram reliquimus: recta enim ad Amanum montem proficiendum nobis fuerat, & inde in Adena: quens tamen,

tamen, licet Antiochiam deflexissimus, superare nibilo minus oportuit. Is quoniam tigris apparuit, Turcico & Arabico idiomate Tigris appellatur. Perelegas est Antiochia situs, quin, pannis verbis vix describi queat: nam manuum structura illam admirabilore reddit alia quipiam urbe in plano constituta. Illa testimonium insigne praebet, Antiochum ingentis animi & incomparabilis magnificentia virum fuisse. Mavorū ambitus nō minor est Nicomedia aut Constantinopolis: frequenter habitatur à Grecis, Armenis, Indiais & Turcis. Fontanis aqua abundant, è rupe muri inclusa scaturientibus: pars maxima montem ambit: altera pari per duorum montium inga porrigitur, qui vallis vicem illi praebeant: nam tres montes: mavorum ambitus complectitur, qui non sunt tumuli, vti Rome vel Constantinopoli, sed praelati montes. Nullam urbem in Gallia noui, cuius Antiochiam comparare possim prater. Lugdunum: nam quemadmodum Lugdunum altos D. Iusti montes claudit, sic Antiochia altos montes cingit, in quibus exstructum est Antiochis palatium, nondum planè dirutum: pleraque enim adhuc integra restant, ut magna cænacula & cubicula, & cisternæ immense capacitatis, ad earum qua Philippus in Macedonia sunt, formam exstructæ: integra etiam aræ & manuum materia restat, in quibus turresparsa fibi inicem admodum vicina conspicuntur, quibus exstruendis opera cimento non pepercunt, habentque singula suam cisternam. Mania ad Occidentem spectantia tali artificio sunt facta, ut onusta vehicula, equiq; cū suis sefforibus, per interiorē muri partem, inter utramque forniciem, in summam usque arcem perducunt queant. Montes urbi vicini, ilice, alaterno, coccigero frutice, andracme, floschade, & slackide abundant. Ciconia qua astare in Europa degunt, iste per bienni partem, quemadmodum & in Egypto, aluntur: sed etiam ono-

crotali alieque diuersi generis aquatice aues in lacu supra urbē sita vniūt: inter quas agnouimus que ab Somo-
na accolis des Cotees, à Parisiēbus autem Morillon di-
citur, veteribus vero Glaucon appellata: aliam item
quam Galli Picte vocant sive veterum Phalarim. In
montibus pascuntur verucces, breui quidem sed pingui
pedemq; lata canda. Eius regionis incole, atque etiā per
vniuersam Turcicam dominationem, in dīc vntuntur pa-
nemale costō & male fermentato. Bombyces, quas Itali
Caualieri nominant, magni sunt in ea regione questus,
alunturq; siccis & mori foliis secundū fluminis ripae cul-
tarum. Celsissima Platani nascuntur ante Antiochiam,
qua neque in Gallia, neque in Italia conspicuntur, pre-
ter panas que cum Romie, tum aliis quibusdam urbibus
curiositate quadam aluntur. Panca quedam Sacchari
canna, Colocasia, Musaq; magna cura & diligentia
nonnullas Antiochiae hortis aluntur. Incole Arabicalin-
gua loquuntur quemadmodum in Syria.

CAP. C.V.

Sigillarium rerum in Antiochia obseruatio-

TOTVS subsequens dies sacerorum in Antiochia locorum visitationi dicatus fuit, ex Porta D. Pauli, sepul-
chrorumque variorum Diuorum. Utuſta præterea
alia plurimis monumenta illic conspici possent, qui cu-
riosus ea requirevet. Omnis generis victu necessaria in
foro vanalia reperiuntur. Aromatariorum & opificum
taberne Damascenis similes sunt. Loti, quā Gallia Nay-
bonensis Micacouliers appellant, arbores, etiam in ipsa vr-
be magna copia crescunt, quemadmodum in eius territo-
rii montanis: atque ut ob Populi alba & nigra, fructi-
varumq; arborum frequentiam Damasci planicies silua
quadam videntur: sic propter Platanos & Lotos Antio-
chiam in mediis siluis sitam esse dices. & quorum sarcina-
torum,

riorum, qui Antiochia habentur, clitelles adeo oblongae
sunt, ut ab auribus per cervicem ad caudam usque per-
tingant. Antiocheni rusticis bandquaquam tam dextri
sunt in iumentis ab onere liberandis, quam Turcice; quo-
nam eorum clivelle ad trena minus idoneæ. A meridi-
discessimus Antiochia, & annem Oroum transiit,
quem aduersum diu sequuntis sumus. Agri Antiocheni so-
lum adeo pingue est, ut equi ad cingula usque in cano
mergerentur, quia precedentibus diebus imbræ decide-
ranti. Longius progressi, riuos e montibus labentes inueni-
mus, ad quorum ripas prouenient Nerion, Agnus seu
Urex, & altissima Platani. Nocte in Saramei pagnum
peruenimus, ad radices præalii montis Amano contigui,
sed in planicie situm. Postridie duobus confectis miliari-
bus, substitutis ad radices præcelsi montis, isticq; reliquo
die hastimus, exspectantes equum quem Dominus de Fu-
met ex Antiochia accessi inferat. Interea montem con-
scendi, in quo silvas Pinastrium repperi iis qui in Taz-
rare monte nascuntur similiūm: præterea Esculum, Ille-
cem, Andrachne, Oxycedrum, Polium, Tragacanthum,
Chamaedrin, Carlinam, quam pleriq; falso nomine Cha-
melonem nominant. In planicie obseruauimus rusticos
lignorum fræces boum tergo impunctes, & tritici saccos
aliq; huiscemodi; interdum etiam, cù defessi essent, ip-
sorum tergo insidentes: namcum iter non urgeant, boum
ministerio vntuntur, quemadmodum nos equorum. Abil-
lia redemptum galinas, onia, carnes: nam licet tota estate
in agris sub tentoriis habent, omnibus tamen rebus ne-
cessariis non minus sunt prediti, quim si in urbe aut pa-
go viuerent,

CAP.

De isto ete per summa Amanis montis ioga.

POSTRIDIE inter Orientem & Septentrionem tendebamus secundum praealtos montes. Mons Amanus vulgo appellatur Monte negro, id est, niger: attamen non ille est qui Plinio Mons ater dicatur. Via admodum retta & precipiti condescendens nobis fuit mons, atque difficiliore quam villam hæc tenus invenimus. In eo crescent celsa cedri que nadmodum in Libano, impervius maior, sabina ei simili que in Tauri monte, andrachne longe celsior quam in Ida Crete. Plus quam sex horas impendimus ante quam in summum montis iugum perveniremus, atque in supremo eius vertice constitutis, & qua nos veneramus proficiuntibus, apparebant summa montium Syria & Cari iuga, præsertim vero eius quem nos Pierium montem censemus, & præcedentibus diebus secundum eius radices ambuleramus: apparebat etiam Tauri mons procul ante nos proficiuntibus in longitudinem excurrens, & summum verticem iam nunc obstat habere incipiens. In descensu viam neque adeo difficultem neque molestiam invenimus atque in ascensu, quia non erat præcepit: sed cum in tenebris iter faceremus, unus e nostris in vallem decidit plus quam quadraginta organas profundam, nullo ipsis aut equi danno, quod omnibus admirabile visum est. Abundat hic mos variis plantis: arbuti non minus alte erant, quam que in Athos monte nascentur, vicino monasterio Agias-lauri loco: magne erant etiam alaterni arbores, que aliis locis in fructem duntaxat affurgent; picea insuper, andrachne, latifolia laurus. In descensu myrtos albos baccis, thymelam, chamaelam, eumq; fruticem quæ Germani Keller-kraut appellant, his præcedentibus dissimilem reperimus. Ad unum montem cum descendimus, apud rimum hæsumus, & cibis sumpsimus in maris littore, quod in arcum

se incurrans magnum admodum sinum efficit, qui Iissus appellatur: Pamphylium id est mare, Cilico ex parte coniunctum. Cum in Amano monte essemus, mare radices montis alias conspiciebamus, adeoq; vicinum, ut concilius lapis facile in mare Mediterraneum denolitus fuisset: conspiciebamus etiam Taurum montem affigentem ex littore Cypro insula opposito. Diu nobis iter faciendum fuit secundum littus marinum, & sinus circumundans, multiq; elegantes rimi superandi; deinde alius mons admodum angustus & difficilis, pinastrie obstitutus, post quem castellum ad ipsius radices situm inuenimus, in quo perpetua sunt excubiae, quoniam trita admodum est hac via. Varia iste viiui necessaria emimus, pane, venum, caseum, carnes, & bordem pro ursentis: paululum sub eo castello descendimus ad rium quendam, atq; sub alba moro, quam Galli perperam Sycorum indigitant, constitutus. Luculentio igne ob ligni abundantia tota nocte instruello, ante lucem discessimus, atque in tenebris per loca plana & campestria iter fecimus: orta autem luce, de novo ad mari littus regressi, ambe quempa rado transiimus, qui forsitan Iissos est. Amantissima sunt ea loca: nam secundum viam publicam crescunt laurus, ilex, platanus, smilax aspera, & alia plebreque stirpes perpetuo vientes. Montes dexteram claudebant, mare sinistram. Superato amne, in vastam illam planiciem in qua Alexander cum Dario conflixisse creditur, peruenimus, in qua fruticem antea nobis non conspectum, sed Myro admodum similem legitim: abundat etiam ea planicies Myrti fruticibus, qui omnes albo fructu sunt prædicti. Per frumentum admodum vetustum, latege & irrita exfructum, materia longe quam saxum duriore, transiimus: hanc veteres Auctores Pottas Cilicias vocarunt. Quaque ceterorum aciem obvertas planicies velut amphiteatrum apparet: nam præalii montes luteo crescenti in modum il-

Lam ambiunt ut sinus Ippici mare recipiant: sub portis Cilicis, singuli, Andracches arbores suo fructu coniunctim nascente & maturo fragisq; simili onusflas conspicuentes, ramos reuelabant, atq; in itinere eius fructu descebat. Raro habet ea provincia incolae: illi, qui istuc vivunt, neque pescationi, neque navigationi indulgent (hinc factum, ut toto illo maris littore ne unica quidem nauem conspicerimus) & terram incultam relinquunt, licet admodum rigua sit: arbitror enim plus quam triginta rimos e montibus altis labentes, atq; in mare se se exonerantes, duarum horarum spatio nos transiisse. Post quam a portis longius abscessissimus per sterilia & confragosa loca iter fecimus, deinde veluti per Cedras silvas, in quibus is frutex, cuius modo meminimus, nascitur, cui nullum aptius nomine mater possimus quia Pseudomyrti: postea in Car-bassara quadam, cui vicini erat pagi, que nimis.

CAP. CVIII.

De Afistico quodam animali Adil nuncupato, scđe
vrbē antiquitus Adena appellata.

PVMILIONIS lupi genus est in Cilicia, atque etiā in universa Asia, qui rapit & amsert quidquid impeditorum inuenire potest eorum qui aliiae extra Car-bassara nobis traducunt. Medius est inter lupum & canem, cuius pleriq; veteres auctores cum Graeci, tum Arabes meminere. Graci vulgari nomine Squillachi appellant: cum esse arbitror, quem veteres Graci *χρύσιον* nominarunt, hoc est, auratum lupum: adeo furax est ut non adire non vereatur eos qui dormiunt, & quidquid inuenit rapiat, vel paleos, vel ocreas, vel calceos, vel frenas, vel alia huiuscmodi: semper caternatum accedit, ut interducent simul conueniant, nihilq; illo frequenter per Ciliciā: itaq; singuli alternari in latrāt canū more, & han han exprimunt. Singulis noctibus illos latrātes audiabantur: & nisi canes eos arcerent, in pagos usque

que penetrare non formidarent: elegantis flavi est coloris, atque ex eius pellibus que vili venduntur, incola sibi pellicas vestes parant. Postridie versus Adena proficerentes, lapideum pontem transiimus cornu fluminis, quod forte Pyramus est, impositum, cui contigua est arx ad dextram, in scopulo aditu difficultatam. Inde id flumen sequenti sumus, donec ad urbē cuiusdam, qua nostra opinione Cesarea Cilicia appellata fuit, ruinis peruenimus, ubi alio ponte flumen superauimus. Illius regionis flumina, tamen si navigabilia, naues tamē nō habent, nam cum regio deserta sit, nemo istuc negotiatur. Sultani Aegypti dominium eō usque extenditur, isti q; erant limites qui Arabiam linguam à Turcica distinguebant, quig; olim Arabum imperium à Turcico separabant. Primum bellum quod unquam motum est inter Arabes & Turcas, istuc gestum: sed Turca victores, paulatim illes in servitutem redevere. In ruinis illis Cesarea nihil conspicias prater Car-bassara, & quedam tuguria. Superato ponte, fluminis cursum ad sinistram sequenti, in capestris steriliq; loca latēque patentia peruenimus, que a nemine peculiariter possidentur, sed omnibus qui suis greges pacere istuc volunt, libera sunt. Myrii istuc etiam alio fructu sunt prædicta, adeoque frequentes vi Cedre fidne formam representant. Per Terebinthi arborum lice m de maxim cum Pinastris crescēt: um filia iter fecimus. Aluntur haec plantae plurimi veruccum, & caprarum magni greges, ingentem adferentes quesum suis dominis, cum ex butyro, tum ex caseo. Et licet butyregenera inter se differant delectu & praestantia, aut animalium, vel palearum, vel confititionis ratione: natura tamen non ita variant, ut casent. Nam degustato butyro diversorum animalium, uti bubalino, vaccino, equino, camelino, ovinō & caprino, magna varietas hanc deprehenditur: at in caseo longè aliter evenit, quandoquidem solo odoratu, vel

vel aspectu discerni queunt, atque omnium optimè agnoscuntur. Turcarum porro rusticis procul ab urbibus per campestria loca errabundi vagantur tota estate, suis gregis curam habentes: cumque sibi libis vel lignis vasis carant, ingulata one vel capra, pelle eius invertunt, utremq; consciunt, quæ butyro vel caseo implent, aliam etiam diligenter adseruant, nam ea butyrum excipiunt prius coctum, deinde refrigeratum: singulae alni tricenae vel quadragena libras continet, utres vero plures quinquagenses. Non negamus quin nonnulli aliam butyrum parandi rationem habeant, etiam illud nostratum more faciant: at id solummodo fit circa celebriores urbes. Mengrelia incole pelles bubulas & vaccinas pelles recenter destratas butyro implent, atque Constantinopolim veniente adueniunt, quemadmodum ex Narbonensi Gallia in caprinis pellibus oleum nobis adserunt. Ceterum non dubitamus, quin si rusticis illi commoda haberent vasas, suos caseos in urbis non conservaturi sint; quandoquidem illos in panis formam conservandi consuetudinem non habent. Quoniam porro similis caseus per Graciam distribuitur, quo mercatores transuebunt, Graci vulgari nomine Dermatis hilatis sereno appellati, hoc est, in pelle saltam, & non tyri, id est, caseum; quemadmodum cum Dy sae nostra lingua dicimus, hoc est, saltam, sullam intelligimus. Ipsi vero tale nomen indiderunt, ad alterius casei differentiam, quæ vulgari lingua cloro tyri nominatur, hoc est, recente caseum, quem Colomella viridem appellat, non quod vireat, sed quod multeus mollisq; sit. Pastores nunquam lac colat, quemadmodum nec Cretones, qui tamen aspalathum rannum, aut aparinum, vasorum oris admouent, ut si forte pilis adhaerint, caseum purior reddatur: at Turcarum caseum in pellibus ea ratione salutum, plerumque pilis secat, quoniam lac non percolatur. Nostrum porro iter ad Septentrionem dirigentes, vario locis miserrimum rusticorum mapalia

mapalia & tentoria inuenimus, qui estate eis urbibus & pagi descendunt, ut per campestria vagantur in bibernum usque tempus, istucque rem domesticam eadem ratione curant, qua in urbibus vel pagi facerent. Ii cum solido beserunt uno in loco, abscedunt in aliud, tentoria sua ex tegetibus confecta, & pennula recta, secum aportant, cum vero in urbem redeunt, complicant denuo, & diligenter adseruant donec hicms praterierit, quam asserere ausim apud Asiaticos non minus sanire, quam in media Galia. Segnes sunt; eas ob causam, terram nullam diligentia colunt: praesertim opulentiores rusticis perpetuo ocio sedere volunt: & nisi ab ipsorum mancipiis soli excoletur, rari essent agriculti. Eo die in Adena peruenimus, ubi de Anazarba, Oppiani & Diocoridis patria, que postea Cesaraugusta vocata est, intellectimusi Iudei nobis indicarunt pagum nunc esse ad ostia fluminis, Tyberis forsan, quod Adena periret, antiquum nomine reverentem. Adena magnus est oppidus, hoc est, ingens pagus, quæ admodum frequens aditus patet, elegansq; & latum pontem lapideum habet. Appellatur id summum à Turcis Schelikmalk, ex Armenia nomine profluens, Lydiāmque & Ciliciā perirens, in mare Mediterraneum sub Rhodo sese exonerat: nauigabile non est, quoniam plurimum fabuli promulgit. Adene oppidum monibus non est cinctum: sed arcem habet quatuor quadrangulis turribus infirmis preditam. Iste omnis generis viciū necessaria inuenimus, & vinum: nam incole Graci sunt, & Iudei, & Armeni, atque ipsi Turci vites colunt, ut passas vias habeant. Moneta mutationem istuc habemus: nam cum bailenum per Egyptum, Syriam, & Ciliciam, meritis usi fuissimus, qui supererant, in auros permittandi fuisse. Iste etiā desit Arabicē lingue usus, & Turcico sermone deinceps agendum fuit. Alnitatis in Adena invenientur, annonam in triduum comparanti-

mus. Turci suar merces pondere vel mensura licet tantur, multo tamen preceo; nec plus solunt peregrini quinis quam eorum vicem. Panis etiam aut pondus venit, inde fit ut male coquatur. Carnes etiam salsa magno apud illos in usu sunt: eas autem crecas salsas exemplar, cum in pulchro inspergunt, & appensa exsiccat. Hallucinantur qui scribunt Turcas desiccare carnes, ut eas deinde in pollo non redigant, quem secum deferant in aliquam expeditionem bellicam istri: nam diligenter id inquirent, compertius neque in Gracia, neque in Turca ditione, neque in Arabia carnes exsiccandi, ut in pollinem redigantur, nullam esse consuetudinem. Carnes vero deligunt cum bulbis tum veruccinas pinguis cum macro equaliter permixto constant, quae in tenues laminas scandunt; deinde paululum salint atq. exsiccant. Magno astimantur eiusmodi carnes cum pacis tum bellum tempore: ei etenim crudis cum cepa vescentur iter facientes. In Creta & Chio moris est apud rusticos, ut integrum leporem etiam hircum frum, sed & veruccem in frusta concisum exsiccant: primum autem paululum salint, deinde tegetibus complantan, atque in clibano resiccat. Sapenumero apud varios rusticos diversimus, cum Creta montes per agrarem, apud quos erant hirci ferre integri, & hædi, & ovis in eum modum exsiccari: sed apud Turcas ea consuetudo non videtur. Greci vero per Quadragesimam id faciunt cum leporem aut capram silvestrem interemerunt, ut eos ad Paschales usque ferias conseruare queant: nam neque apud ipsos neque apud Turcas moris est carnes in dolio aliquo salire, & ita consernare.

C. A. P. C. I. X.

Apparatus peregrin profectus idonei.

M VLT A edulia parare norunt Turci, cum peregrinum in bellum profecturis idonea: eorum numero farcimini genus est, vulgaris Graecorum lingua Stopides diciunt:

dicunt: sunt autem in hunc modum: Nucis iuglandes in quatuor partes dividunt, & filo traicunt, farcimini longitudine, deinde in coccum unum fermenti reitteratis sapius vicibus immergant, eorum more qui candelas parat: nonnulli farinam in fervunt, ut cunctis inspissentur. Eadem ratione & sicibus, amygdalis, anellanae & aliis durioribus fructibus cotto vino inducti parati possunt. Vulgaria sunt in ea regione huicmodi farcimina, que peregrinibus sunt admodum accommodata. Quoniamque autrum superare volunt, in triduum ammonaro sibi parant in Adena: nam inde Heracleam tridui iter est per sterilia loca: elevationis singularium cumentorum precium quinquaginta meidins, hoc est, ducati: & decē meidins est. Tapetes sunt in Adena, quorum maxima pars ignis calore parati solet, pilorum & gausapū more: veraque, ut ita dicam, sunt gausape, tapetum in modum concinata, quibus Turci peregre proficentes indormisunt; leuis enim sunt & mollii. Eius regionis viri acuminatos galeros gesti, Hippocratica caliga vulgo appellate persimiles, quorum apex in humerum propendet: cumque sint ex inspissatis pilis concinnati, ad gelatinam excoquandam usi esse queant. Verum quidem est Turci aliosq; autoritatis, & opuletos vel urber, vel oppida incolentes, albas tiaras gestare: at rusticis, quales dixerunt galeros ferunt, similesque nobis perpetuo conspecti sunt ab Halepo Adenam usque, ubi nonnulli alia ratione complicati videntur. Provinciarum incole hincmodi nosti, non minus quam vestrum varietate dignoscuntur.

C. A. P. C. X.

Ex Adena in Taurum modum profectio.

A D E N digressi, atq. inter Occidentē Septentrionēmque tendentes, per planiciem iter secundus usque ad meridiem: deinde montem Taurum descendere coepimus. Tentoria autem fiximus & quicunq; ubi nax nos op-

404 P. BELLONII OBSERVATIONVM
 pressit; sed quoniam aer serenus erat & frigidus, Platanos immores, Andracnes, Neria, arbuto praevidimus, & luculentum ignem struximus, prasertim vero e Siliqua arbore secca. Post die ante lucem, in ascensu perrexi mus via admodum difficult, donec ad summum verticem veniremus, quem nunc tellum reperimus, atq. dimidium diem in ascensi in summis: ubi Imperios maiores, in Cupressi altitudinem a surgentes innuenimus, cuius frumentum dulcis est, nucus ferre magnitudine, & Galle quodammodo similes, quo indigena vescuntur, ut ex nucleis hinc inde a nobis in itinere collectio obseruamus, quos qui pulsum excederant, abiecerant: ut sunt longitudine & crassitate nuclei olina, adeoque duri, ut nisi malles illa frangis nequeant. Inter reliquias arbores in Taurum monte nascentes post Cedrum primas obtinet, perpetuas, vires. Eius vera delineatio & descriptio innuenietur in libro eiusdem secundus, De Arboribus perpetuacione viventibus. Styrae arbores istuc etiam obseruamus & Pinastri deinde Sabina genus a Dioscoride descripsum, vel Thuya Theophrasti & Homeri. Quoniam autem superioribus annis in Regio borto ad fontem Bellaqueum arborem conspicueramus, e Canada Francisco I. huius nominis Gallie Regi delatae. Arboris vita appellatione: Sabinam illam diligentius obseruavimus in Taurum monte, atque viribusque descriptione faulta, admodum similes esse coperimus, attamen notis quibusdam inter se differentes, quas exponemus, cum singularium plantarum historiam perireximus. Platani crescent in hoc monte Antiocheni adhuc maiores, atque natura sunt prædicta, ut breue coruscum abueliant, contratio plane modo quam Andracne, que summis astutis caloribus suo cortice rubro fuscè foliat, ut cinereum inducat, qui initio paleat. Platani vero hinc plumbeum coruscum exist, ut cinereo se induat. Crescant in summo vertice altissima Cedri,


405
 si que in Libano nascentur similis, tanta frequentia, ut vix alias conficeremus frequentiores arbores; quarum fructu nobis horantibus plerique collegunt, conis Abies sive similem, sed crassorem, leuorem, & calorem spectantem. Cuius arboris descriptionem hic adferre operatum non duximus, at iconem duni ex auctoribus subducere.

Cedri Icon.



Nulla vero proueniunt Abies, que tamē Cedros admodum amulantur, sic ut dicere possemus Cedrum Abies genus esse, vel Abietem Cedri. Eam ob causam illius iconem Cedrinam sequi voluimus.

Nulla præterea istuc latices, neque Pinace, neque Pinastri Aleno dicti, cuius etiam arbor est ad finem Bellaqueum, e Canada similiter delata, atque Francisco I. Regi cum Arbore vite donata. Dic



per montis fastigium iter fecimus, nondū tamē sumnum
rūgū attigeramus, sed alios montes utrinque habebamus.
Cumq[ue] sub arcem quandā peruenissimus, in saco sitam,
pedetentum descendere capimus, & sub noctem in itinere
Car-bassara inuenimus ad prealti illius montis radices.

*Hadius que vidi Belloni exemplaria de Coa-Eri, neque delaminationem, neq[ue] de compunctionem Imperi maioris habent.

CAP. C XI.

De Therme quæ sunt in monte Tauri
& de rive Heraclea.

CETERVM Car-bassara quo nobis peruenimus,
contignum est thermis muro laterito inclusis, in simili
quibus exstructe sunt falsa thermæ ad Trois ruderæ.
Aqua nonnihil sulfur redoleat: sed eius excrements in la-
pidem non coalescent, quemadmodum thermarum Patu-
ninarum & Prusa. Ceterum non modo thermarum aqua
recrements facit in lapidem concrescens, verum etiam
frigida:

frigida: quemadmodum fontana illa in Medant prope
Nostrum Domini Iohannis Breron Domum de Villaines posses-
sionem, sex a Lutetia miliarib[us] distantem: & apud Clas-
sum montem Arvernæ urbem, ubi pons lapisdens con-
spicitur, quem aquæ decursus confecit. Postvidelicet decen-
dentes, laborem ex monte riuum sequuntur suauis. Sed
confusio denuo vicini montissimo, nudas arboreas inten-
tus. Hanc multum porro itineri relitto Car-bassara
confereramus, quin aeroz sepiibus inclusos conficeremus,
arbore Zizipha alba Colomella appedata constantes,
enim fractio rutilis Ziziphi simili est, excepto colore.
& venalis per urbes proponitur: Greci vulgari ligna
Ziziphua appellant, voce a Zizipha deducit. Ad me-
ridiem usque continuatio itinere, in monte autem adinc-
versantes, urbem Heracleam procul in planicie sitam
peri pieie conspiciebamus. Ulterius in descensu progre-
dientes, pleroq[ue] pagos infra secundum montem sive ve-
debamus, qui a Borea & Thracia ventis erant liberi,
atq[ue] Abundib[us] Ambrosiæque magnâ copiam inveniebamus.
Heracleæ planicies admodum secunda est, & per omnia
exculta, multisque pauci habitatur: nam ruris e montibus
labentes, hortos & vivera irrigant, in quibus omnis ge-
neru fructifere arbores coluntur, ut persica, corni, pru-
ni, mali, pyri, amygdala, prunica, annee, aliaque simi-
les hortenses. Amplius et pagus apud Heracleam, qui a
solis Christianis Gracis habitatur, quoniam lingua vul-
garis pura Graeca est: aliis etiæ est Christianorum Ar-
meniorum: utrique admodum diligentes sunt hortorum
& vinorum cultores, cuncte aqua abundant, varia
herbarum culinariarum genera in ipsorum hortis, qualia
potest, presertim in prefatione libri quem Methodum medendi inscripsit: ex ea enim liquet niuis usum fuisse ipsius tempore Roma tam frequentem, quam nunc sit apud Turcas. Ea de re conquerebatur Plinius, delitius Imperatorum illius temporis accusans; quā in re suffragatur Galeno. Suetonius etiam de Nerone agens idem scribit. Hęc prodigia ventris (inquit Plinius) hi niues, illi glaciem potant, pānasque montium in voluptatem gula vertunt. Seruant algor astibis, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algear. Decoquunt aliq aquas, mox & illas hyemant. Et alibi, Nerone principiū inuenitum est decoquere aquam, vitroque demissam in nubes, refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis niuis. Nix qua Turcarum Imperator in clauso suo dum Constantinopolis habet, vitetur, ex Hornu in Olympo montibus aduehitur: nam sibi persuaderet eam que in cryptis circa Constantinopolim adseruat, adeo salubrem non esse, quam montanam: illamque adhuc expedit annuinam: quapropter illius serui montem considunt estate, magnamq; niuis quantitatem denebunt, quam deinde istuc relinquunt in sequentem annum, quo Constantinopolim inuehitur. Bina liburnica singulis septimanis transiuncti eos qui Prusam ire cupiunt, quibus presunt Iauissare nonnulli. Cum Montaneam appulerint, expositi vectoribus, niae ex proximo monte ab equis delata liburnicas onerant, & Constantinopolim reducunt. Eanix in Imperatoris claustrum deportatur, qua saum Sorbet refrigerat. Legati Gallia, Hispania, Venetus, Epidaurensis sine Rhaginus, Florentinus, Chius, Transilvania & Vngarie, Turcis delicatores in potu, niuem vīno non admiscent, sed illud in aqua refrigerant quam nix infrigidant; eaque ratione iota estate frigidum bibunt, nulla nine seu glacie in ventriculū transmissa: glaciū enim fragmentum pugno non maius

Niuis & glaciis vix non modo apud Turcas, insuluit, sed & apud alias plerasque Europae nationes. Hispaniam frequentissime & viuantur, non modo per summos aetas ardores, sed etiam medie aetate: deinde Niuis aeternatione, vix, proprieate, peculiari libellum Hispanico sermonem palam ante annos conscripsit D. Nicolaus Monardus Hispania medicus. Apud Hungares autem, non niuis, sed glaciis adeo frequenter & vix aetate, recutam vilissimam rulicem in pagis raro adserunt: in subterraneo portio adserant icribibus, intermixto & subtilissimo glutinante, loco aliquo i' sole non nunc illufrastra, cui deinde stramineum pyramidale crux imponitur, & super circumambiente locus manitas, ut peccato accutatur. Eius glacie fragor nocturnus aqua copia impolitus quia vinum refrigerans est, indumentum, noctem ab frigore facit. In pergevra etiam illa glacie communica & fructibus, qui bellatorum loco in montanis inserviant. Sed & Bohemis in suis cerevisiaribz celli a glaciem hinc proponuntur, ut aetate & certe si baro acerbar, diut de coquere queant.

C A P . X X I I I .

Consuetudo Turcarum scie in altum impellendi.

VARIOS excent Turce ludos in feris suis Paschatis, sed nullum magis singularem & admirabilem, quam scie in altum impelli: nono sane & innitato more. Binos magnos sippites & prealtos terra insigunt, quibus inello altrinsecus signo transuerso, patibulum duodecim oras forte altum conficiunt: e signo duos funes, duos pedes ab innicem separatos, suspendunt per ligneos annulos trajectos, ut faciliter obsequi queat: funis utriusque deinde capita, asserris sellam exiguam imitantis, quadrupes angulis adnectuntur: huic insistens qui se impellere vult, ambos funes utriusque propendentes manibus tenet, & paululum corpus inflectens, nullo alterius admittendo, modo in anteriorem, modo in posteriorem partem se: tam alite impellit, ut patibuli altitudinem aquet vel superet, quod scire incredibile est: defessus autem insistendo, in asse deinde sedet. Alii etiam habent impellendi se in altum rationes pueris aptas, & miras.

C A P .

C A P . X X I I I .

Honorum apud Turcas distinctio, cum ex barbe ge-
statione, tum ex tianarum varietate petita,

QVI viridem tiaram apud Turcas gestant primarie sunt inter ceteros estimationis, quoniam maioris reli-
gionis est insigne: apud illos caligas & vestes virides ge-
stare non licet: nam is color nobiliorum proprius est, qua
nota, scilicet ex Mahometis prosapia originem trahere, indi-
care volent. Sed & quibus aut ter Mecham peregrinati
sunt, viridem tiaram gestare audent, quoniam ab aliis
maiore honore officiuntur. In barbe gestatione magnum
etiam est discrimen. Senex enim illam alit, in sapientia si-
gnum: iuniores prolixos dunt taxat mystaces gestant; quo-
niam prater decorum videretur, si inuenire barbam ale-
ret. Hec nota a veteribus Scriptoribus Arabibus ri-
tuitur, qui comam etiam albant, quod Turca non faciunt.

C A P . X X V .

De plumarum ornamentis. Turcis familiaribus.

ADMIRABILES sunt vane & insane Janissariorum ostentationes, corum praesertim qui Turcico Im-
peratori chariores sunt: quoniam struthio camelus pennis
se: ornant, & Rhinocerus auro, que elegantissime sunt, &
simil ad galinacei crassitrem conumella, omnes tamen ab
exquo corpore prodentes pellenti dunt taxat retinete: nam
Araber qui eae vendunt, carnes ex mangunt. Recentiores
nonnulli Apodem appellant: at ego Phanicem esse existi-
mo, ut latine in libro de Animalibus differemus. Illi ergo
plumis in hauc modum exornati, D. Michaelis pittra-
ram quodammodo refrunt. At non perpetuo incedunt
ornatu isto, verum dunt taxat cum Imperator in bellum
proficitur, aut alias illum comitantur. In humeris in-
gentes alas elegantibus plumis constantes gestare solent,
quemadmodum & qui in Comedie Angelorum perse-
nam

nam repräsentant. Janissari ab ineunte etate in capite altum diadema gestant, in modum calantica muliebris, vel sericei illius capitii ornatus nobilibus Gallicis mulieribus usitati, & in tergum propendentes, factum: sed caput illorum cingens, & in altum erectum; nullus tamen redimiculus vinctum: huic ferreum radium se quispedem longum adnectunt, cuius initio circulus, cuius circumferentia pollicis cum indice mēsura responderet: in huius circuitu pennis collocant, è medio prodit oblonga crista ex Struthio-cameli elegantioribus pennis a fabre facta, post tergum ad terram fere propendēs, neque corpus attingēs, quia eius initium a summo capitii vertice est. Sic ornati formidabiles gigantes videntur. Quilibet autem Janissari, alcūs ve Turca pellas gestandi facultatem nō habet: iis enim iure duntaxat licet, qui hostibus in bello occisis suam fortitudinem demonstrarunt. Qui multas gestat, ea nota indicare vult se multos hostes ingulasse: qui vero se hostem occidisse profiterine quirit, rationi consentaneum non est, ut ipsi gestare liceat. Miles Turcicus in bellum proficisciens nullum famulū circumducit, nisi mancipium: Janissari vero nullū (quandoquidem ipsimet vilia maniplia sunt) sed singuli sua arma & annona ferunt. Attamen quinis unum equum alere licet ad impedimenta & tenoris gestanda. Sic veteres Romani solebant. Legimus enim Iugurthino bello Metellum edixisse, ut singuli milites sua alimenta & arma ferrēt: nullo seruo illis concessō. Sed & Turca pratoriam Janissari qui proximē illum perpetuō versantur, pacis tempore denī unū duntaxat mancipium habent: bello autem tempore, quini. Ex eo deprehendere licet summam in illa asia obedientiam. Turcarum vexilla non sunt renouanda, quoniam signi militarii vicem supplent equina cauda pilis varis coloribus infibli extreme hasta affixi. Execrantur Turcae dissettis uestes ex quaenque tandem materia parata sint:

ea de causa Greci, & universi. Turce Imperatoris subdit, nullas dissecant uestes: sed holofrica veriscolore, vel alia quauis sericea utuntur maxime. Peregre vero proficiscientes ignitabulum gestant, lateriāq; ferream albam cum candela, cochlearē ē cingulo suspensum, & scorteum facientem sale composite, veterā Gracorum more, plenum, quo cibum saluent. Componitur autem hac ratione: allia cum sale confusa resiccat, & denno terunt, scorteumq; facientem ea implent: mirum in medium ore eximunt, & ventriūnum roboret, postquam frigidam bibent.

Cap. xiv. 1.

Vehementis eorum exercitiis qui Turcum arcum intendere discunt.

PER Turcicā oppida, terres parietes sunt, quos nunquam indurari sinunt, sed molliore terra & recente agresta conservant, quoniam perpetuō aliqui adueniunt arciaculari soliti: verū non in longum spaciū sagittas emittunt, ut ligneis arcubus fieri solet; nam brenes sunt eorum sagitte, sed ex vicino loco. Qui scopi custodiā habet, singulis diebus illum rigat, ut terra mollior reddatur. Sex passibus duntaxat à scopo absunt qui arcum intendunt, si i summis viribus adiutūnur, ut terrenū murum penetrare possint: proximē scopum adest quipiant post asserem latitans, qui sagittam emissam extrahit, & illum denudū reicit. Quem uicinandi satias iam tenet, arcum iuxta scopum appendit, & per solito pro more pretio abit. Vulgo tales scopi sine terri muri per Turcicā oppida, publico aliquo loco libentur, quo Turca exercitiū gratia conueniunt, centiesque sagittas emittent aspicio.

Cap. xxv. 1.

De via eborum apparatu apud Turcas.

VARIA habent Turce vilium etiam rerum condimenta, quae passim in oppidis venalia exponuntur; veluti f radi-

430 P. BELLONI'S OBSERVATIONVM
radicum betae et raphiarum admodum, colorisque nunc al-
bivell pallidi, modo vero rubri, quas plerique raphanorum
esse existimarent, falsissimum. Conditur etiam brasica
capitata raphanorum praegrandes radices & heleni. Fuit
id clisteria magna in usu Romae, reliquisq; Romanorum
municipiis: quin etiam condiebant, Salgamary appellabantur.
Res est magna parsimonia: na quatuor viris unius
aspri precii in prandium sati esse potest. Cibus etenim est
qui colitione non eget, sed ita conditus editur. Omphacinae
etiam viras condirent magno Turcarum compendio: nam
macevata in acco & sinapis semine, optimi sunt saporis
cum pane manducare. Sunt etiam pergulae in quibus ni-
bilis vermicina capita & pedes apparata venduntur,
coempta vero illico capita aperiunt, calidique in lance
reponunt cum aceti & pinguedinis momento, & composi-
tum illud sal cū seminis Sumac (quod à veteribus Rhis
obsessorum appellabatur) cornicibus mixtum inserviantur.
Turca in publico veseci non pudet: imo ipsi Satrapæ
vulgariter in publico edunt: nam ut ex bubulis & opili-
onibus originem trahunt, sic in ultima ratione illas amu-
lantur; malunt enim lacticiniis velis precij vesci, quam
quidpiam impediere in alios cibos. In extremo portu Thra-
ciam pertinente Constantiopolis vicus est, ubi nihil aliud
fit quam Melita Caesarea, & Oxygala. Caesarea ex laetitia
pinguis fit, idque varius modis. Nihil aliud est quam ve-
terum Graecorum Aphrogala. In deliciis etiam habent,
quam huic etatis Graci Misera vocant, Galli
Recoclam.

* Vnde etiam Veneris Auctiæ venales exponentes trahunt
modis brevi rubras indicias, & rappa nigra, asperguntur; ha-
bent plerique & brasicas caputatae, limulæ conditas murgas. At tota
illa prouincia, alioquin viennæ, aū un no cū hecatombarum copiis, tum
ex auro raro excoena abhordeat modum condire, & vacuæ conculcere
solet, atque a discutere in quadratum, tunc ante viam. sed edunt,
dum resoluta vela culu exponunt, mea industrio adiutori erit, ut ex eiusfusa
serem in certe quanti, atque plerique, etiam magnisbus, ciborum
deliciis ibi.

C A S.

De Turcarum circumcisione.

CIRCUNCIDVNTR. Turce non oftano die,
quemadmodum Indes: sed octuo, duodecimo, vel deci-
mo quinto etatis anno, vel matruis aut seris pro rei
opportunitate. Puero cum non circunciduntur donec tam
grandes sint ut circuncisori respondere queant. Indicem
atrollit, quo signo se Mahumelanum esse facetur. Eos in
templo circuncidere non licet, sed in parentum adducit:
quoniam in circuncisi templum ingredi non possunt. Mul-
ti conueniant, dum quispiam circumcidendus, festumque
diem suo more celebrant, atque in illo catu puer circum-
ciditur. Sacerdos sumpta fornicula pueri dicit se illi de-
monstrare velle quid postridie precidendum sit; addu-
ctioque preputio, abit ut puerum fallat: nam illico rever-
titur, tamquam aliquid demonstrare oblitus; entem iam
colligatam fornicula praeseindit sine magno pueri dolore,
vulnusque falsa aqua abluitum, linea panniculo imposito,
curat. Ceterum à circumcisione nomen pueri non immuta-
tur, sed id retinet quod illi in nativitate inditum fuerat,
addita solum voce Musulma, hoc est, verus Turca
circuncisus. Circumcisione facta, festum diem celebrant, ut
apud nos in nuptiis alicuius: ad balnearia deductur, re-
deudentem tympanorum strepitum excipiunt, & candida
cydari fleculis nonnunquam inspersa inserviant, atque
ad templum magna pompa deducunt. Absoluto deinde
coniuio, munera illi a coniunctis pro familia ipsius digni-
tate conferuntur, aurea, argentea, & alia preciosa. Si ex
opulenta & autoritate predita sit familia. Nemo Chris-
tianus vi ad circumcisionem cogitur: si quis vero sua sponte
Turcica religioni initiari velit, magna est in estimatio-
ne: at qui ut vite usuram redimant, Turca sunt, de-
spiciuntur. Si Christianus cum Turcica muliere com-
misceatur, lex sancit ut vita priuetur, quam tamen re-
dimit,

dimit, si Turcicam religionem amplectatur. Si Turcans occidat, unius salies est ut Turca fias, vel ingenti pecunia vitam redimat: pecunia etenim qualibet obtineri possunt in illa regione. Si Christiana mulier libera Turca alicui sui copiam facit, Christianam religionem abnegare debet. De paucis vero istis supplicium sumitur ob dilecta que panicos effugere possunt. Turcica religionis professione: nam plerique ut mortem fugient, Turcae sunt. Persarum Rex, sicut Mahometanus, Turcas hereticos appellant, quoniam ipsorum uxores circuncise non sunt, ut sui dominii femina: ea de causa illis tempora ingredi licet, quod Turcius non conceditur. Cophra etia & Ethiopia Regi parentes, & in Iesum Christum credentes, circumciduntur: cum enim lex sanctiat ut femina circumcisio nis aliquid vestigium impressum habeat, illis partitiam Gracii Hymenea, Latinis & Aia, dictam prescindunt, quoniam illam praeputio respondentem aiant. Qui Mahometem iniurias afficit, morte punitur: at lex cum absoluuit, si Turca fiat, hoc est, si se circuncidicuret, & indicem attollat, atq; hac ratione immunis erit a Harazzi, hoc est, tributi quod Turco Imperatori pendendum est, solutio ne: nam Iudei & Christiani persolnere debent, Turce autem vel Mussulmanni minime.

CAT. XXIX.

Mancipia suos heros cogite posse, optionem sumant,
velutne propriorum redemptione seruitus
aliquid tempus praescribi, an aliqua
pecunia & tumma poesi.

TAMETSI Christianus captivus apud Turcas, & alicui seruiens sua religioni renunciaret, & Turca fias, non propterea libertatem adipiscetur: nam cum sit mancipium, illi exequenda sunt heri sui mandata: multo rem tamen seruitutem illi imponere heros forte posset, & seruitus tempus minuere. Ea de causa prestat mancipia Christianam fidem retineant, quam illam abiurent. &

Turca

Turce sunt. Turcicorum mancipiorum cum famulorū Europarū fortuna jere comparari potest: felicitatis enim suorum dominorum participes sunt: si herum nascantur probum virum, a quo diligantur, eandem cum ipso habent tractationem. Potest autem mancipium cogere suum herum, ad duarum rerum optionem; vel ut illi redemptionis precium indicet, & vel ut certum seruitutis tempus prescribat: licet enim mancipio, Cadi, hoc est, Inducem, conuenire, atque dicere: Volo ut meus herus alteri me vendat, nisi redemptionis precium mihi indicare, vel seruitutis tempus praescribere velit. Mancipi hero a Cadi euocato, mancipium. Quantum vis inquit, tibi numerari pro mea redemptione, aut quot annis vis tibi inseriam? Herus liberam optionem ipsimet dabit. Si mancipium caret ingenio, nec sua industria tantum pecunia adquirere posse, que ad persolvendum rurero sufficiat, sed labores facilius perserre sperat; seruitus tempus deligit. Herus vero denūm, duodenūm, vel quindecim annorum tempus illi prescribet, cinsque pæctio nis syngrapham dabit: absoluto eo tempore liber domum abire poterit. At si mancipium aliquam artem callet, pecunia precium deligit, & cum persolvenda tempus ab hero exspectet, quam ex pacto persoluet: nam diligenter laborabit, preciumque sua hero numerabit quolibet mēsi vel trimestri. Nonnullos vidimus qui brevi tempore se redemerant, nempe biennio vel sexenno. Mancipiorum poterit quo in pyratarum manus incident, atque ad tritemes condemnatis sunt, misera est conditio; vix vil lam enim se redimendi spem, nisi admodum seram, concipere possunt: Pyrate enim remigibus cum opis habeant, captiuos apud se retinent, nec uani egredi illos permittunt. Qui similiter in Satraparum potestate incident, exiguum redemptionis spem habent: quoniam Cadi nullam eos cogendi, vii tenuoris fortuna aliquem,

f 3

habet

babet facultatem. Itaque talium Satraparum mancipiss nullum alind relictum est remedium, quam ut fortunam suam patienter ferant: rustici vero a Cadi cogi possunt. Sesami oleum non minus frequenter in usu est apud Turcas, quam oleum nucum apud Gallos, & oleum olivarum in Gallia Narbonensi: quoniam autem magno labore confici debet, suis principiis eum imponant, atque bieme dentaxat. Sesami semen quartuor & viginti horis aqua salsa maceratur; deinde in area lignea malleis sudatur ut corticem abuclat super crassitatem telam; denus aqua salsa maceratur, cui innatant cortices, qui abucluntur. Sesamum sic expurgatum in cibano resecat; deinde rasa frangunt: exsudat demum oleum liquidum ut sapori pauca etenim habet recrumenta; demum lento iore coquunt, & a fribus separant. Dulce est id oleum, delicatusque, & utilis precij. Turca cibam sumpturi, humi desident, exceptis calceis, quemadmodum olim Romani in suis tricliniis, que mbit aliud erant, quam quas nunc Galli salas vocant, vel caenacula, quales sunt cappones, in quibus erant appendices, sive sublate tabula, quales apud sartores videmus, in quibus suas operas confidere solent, quibus consensis, calceos excimere solebant: et cum pedes haudque quam mensa supponebant, ut nunc facimus: sed veluti Turca, innibantur puluis qui illorum cubitis suppositi erant. Quod Martialis approbat his verbis, libro quinto:

Deposui soleas, adfertur protinus ingens

Inter lactucas, oxygatumque, liber.

^{Ex 9.} Ad comprobandum autem, triclinium id esse quod Gallo salam vel caenaculum appellat, Varrois auctoritatem in mediū attulisse sufficit; quid de Africanis gallinis ages,
"Gallina Africana, inquit, quas ususque idas appellant
"Graci, nouissima in triclinium ganearium introierunt ē culina. Meminuit etiam Suetonius variis locis: de Cesare

enim

enim scribens, Coniunctum assidue per provincias duobus, triclinio, uno, quo sagari palliatine; altero quo togati, cum illustrioribus provinciarum discamberent. atque in Augusto super festinas Livia nupias obiicit, & seminam consularē e triclinio viri coram in cubiculum abduxit. Ex his locis animaduerti potest culina & cubiculi a triclinio differētia. Sed & in Divo Claudio, Adu. bebat, inquit, omni exne & liberos suos cū pueris puellisq; nobilibus, qui more veteri ad fulera lectorū sedentes, vescerentur. & paulo post: Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi dentes ac mades. Plinius item de Elephantis agentes, ^{cap. 2.} Plenij, heminū triclinis acerbitu iere per lectos, italibratis vestigis, ne quis potantū attingeretur. Et de Platano scribens cap. 1. lib. 12. Alind exemplū inquit, Cay Principis, in Venerino rure mirati unus tabulata, latusq; ramorum trabibus scama patula, & in ea epulati, cum ipse pars esset umbra, quindecim coniunctarum ac ministeri capace triclinio, quam canam appellant ille midum. Ex his igitur veterum auctorum locis infere volumus, triclinium vocari posse locum in quo Turcae vesci solent, humi sedentes intapete quodam vel in tabulato, puluisque cubito suppositis eos fulcentibus: contente enim cum triclinio a veteribus descripto. Vulgare est Turcis, ut etiam olim Romanis, eunchorum ministerio VII: illud mixtum, inuentum id esse mulieris. Semiramis eam regina, celebris illa bellatrix, multos adolescentes castrari iussit, quos deinceps Gyneca suo praescit: ab illa posteri eam consuetudinem observarunt in imperio fibi subdato. Credimus Turcas, cum primum eunuchos castrarunt, testes duntaxat pueris amputare soluos, veterum Romanorum more, qui vcretrū non praeviderunt: at grandiores facti robustioresque, feminas, testibus licet resedit, inibant: ut etiam quorundam Imperatorum uxoris causa gratiore facerint: generandi etenim facultatem non

f.

habe-

habebant. Obscenum est; propterea haud plura. Turcarum Imperator intelligens eos quibus praesertim testes essent, suis uxoribus & concubinis voluptatem adferre, in posterum penem cum testibus resarcere iussit: sed ex deo vel duodenis qui ea ratione castrantur, vix semina dunt. Sunt qui aliam rationem refrant; Imperatorem videbunt castratum equum inire equam confici entem, occasionem, ea qua diximus ratione castrandi sum pisse. Cum autem serua domesticas operas diu axat faciat, nec in publicum prodire audeat; magis decet castratos feminis coram mariis ministrare, quibus egredi licet, quam seruas que domo non excedunt. Vulgare porro est Satrapas & opulentos quibus sunt multae uxores & concubinae, quae serui adire non licet, eunuchum habere, quem carum habeat & cui plurimum fidat. Ipse Turcarum Imperator, sapius eunuchum mancipium dominio suo & ingenti exercitu praefecit, cuius animo confidens, quem nulla formidine posse affici exploratum habebat. Nonne Ganimedes Regis Egypti eunuchus, Cesari atq. uniuersitate exercitum Romano restituit? Legimus etiam eunuchos apud Persas regnasse, atque alios magnis provinciis prae fuisse. Sed ne tam longinquaque exempla petamus, Bassa qui Egypto, Syria, & Arabia praefectus erat dum Cairi essem, eunuchus erat, cui Turcarum Imperator non minus fidebat quam strenuissimo universi sui dominii Praefecto. At Romani nunquam tantam auctoritatem atque libertatem suis eunuchis tribuerunt atque nunc Turca, vel olim ab omni vetustate Orientis Principes. Sunt etenim eunuchi huius seculi apud Turcas non minus familiares dominis suis atque eorum uxoribus, quam si aquales forent. Plurimum enim illis fidunt domini, immo per absentiam cum suis uxoribus versari & propter cubare iubent sine zelotypia, quandoquidem sublati concubitus instrumentis, omnem suam appetitiam sublatam esse non
ignorant.

ignorant: & certe nullius rei vestigium illis religium est, non magis quam in manus vola. Eunuchos itaque uxorum & concubinarum custodia atque domesticare rei administratio committitur, dominis in bello absentibus. Christiani seruos & seruas suo aro redemptas atere licet quemadmodum & Iudeis: at neutrī utram mancipium retinere possunt. Iudeo Christianum vel Christianum mancipium habere permititur, quemadmodum & contra. At Iudei adeo inter se confederati sunt, adeoque versati, ut neminem sua nationis enquam servire permittant; nam simulat que suorum quempiam vel in mari vel in continente, belli vel pacis tempore, captiū intel ligunt, omni diligentia curabunt ut illum redimant, nec sumptibus pareant: Turca tamen maximo odio illos prosequuntur, semperque illos lacestum & murtius proscindunt, in publicis praesertim viuis obnios.

CAP. XXX.

De Turcarum Sacerdotibus & Scientiis.

SACERDOTES Turcici, à lucis haud multiū differunt: satis enim illis est, si Alcoranum legere & Turcice ad verbum interpretari norint. Coningatis sunt; à vulgo uestis discrimine non discernuntur, & artem aliquam exercent ad vita necessaria comparanda: alijs enim institutores sunt, alijs sutores, alijs sartores, alijs artes alias mechanicas exercent. plerique etiam ex librorum transcriptione vitam traducunt: nulla enim Typographia est apud eos ad Turcicos libros cedendos. Eorum chartae multa fricatione laugatur & politissima efficitur. Nec autem plevique eorum, ad nostram simulationem Astronomici studiis operam intendunt, Poeticeque & Philosophie. Nec ipsi soli eiusmodi studiis delectantur; sed proposito premio suos etiam liberos utriusque sexus institui curant. puerorum autem schola à puellarum scolo

458 P. BELLONII OBSERVATIONVM
la distincte, has feminine, illos viri erunt. Versus etiam
conducunt numeris constantes nostro more; & tetrasticha,
hexasticha, decastichaque, decem, undecim, pluribus vel
pancioribus syllabis constantia componunt, quisq. a Tur-
ciis ea decantari audiret, Germanicum cantum existi-
maret. Turce, ut diximus, uxores ducenti, eas praesente
pecunia emunt; nulla etenim isti dos ab eis accedit: imo
vestes quae illa gestat, marito personae: quod si contra-
etlo matrimonio, ob morum dissimilitudinem conuenire
inter se nequeunt, aut mulier sterilis sit: maritus Indi-
cum suo Cadi accedens, ab eo uxorem dimittendi po-
testatem accipiet: nam quemadmodum sine villa in-
risurandi formula matrimonium contrahit erat,
nullis alius observationis ritibus etiam dissoluitur. Virū de-
functum sepelunt viri, feminam semine: primum autem
cedentes levatur, deinde mundissima ciba sindone in-
voluitur, postremo urbe effertur multis cum ceremoniis
(nemo etenim in tēplu sepelitur) tēdas preferunt. Denuo
ipsorum propheta; subsequuntur sacerdotes lugubres na-
nias concientes, donec ad sepultura locū perueniat. Mos
autem est apud ipsos, defunctorum sepulchra catena-
tum adeundi certu quibusdam diebus, atque pro ipsorum
salute orandi, sed viri scorsim, mulierēsque scorsim, da-
verso tempore.

C A P . XXXI.

Torearum sacerdotes horologiorum vicem præstare,
horarum spatiā sita voce ex somma templorum
tutti proclamantes.

N U L L A apud Turcas sunt horologia, sed eorū vi-
cem supplerunt sacerdotes, summas templorum turrem con-
scendentes (singula eum Mesqueda unam aut binas pre-
alatas turriculas, utrinque unam, habent, si præsertim à
Regibus sunt exstrulta; nec ulli templo pluribus quam
una

L I B R . III. 459

una turri prædicta condere lscet, nisi Imperatoribus) aq.
altissima voce & subtils proclamantes, nobisque in me-
moriam reducentes crustularū pistores, qui brumali tem-
pore ea noctū venalia proclamare solent (Galli Oublieurs
appellat) vel pueras in Cenomâne deferris ericetis circa
Dominica nativitatis tēpus canentes. Et oris vox per quar-
tam milliaris partem, interdū etiam per dimidij mil-
liaris spaciū exaudiri potest: quod vix credibile sit ei
qui ante ab his modi vocem non exaudisset. Interdū bini
vel terni clamant, digitis aures obtutantes tūto vocis im-
petu ut per totam urbem intelligatur, pronunciantes hac
Arabica vocabula: La Illah illallah Mehemet Ired
sul Allah. Quinque singulis diebus ea proclamat, Gal-
licinio videlicet, Aurora, Meridie, Tertia a Meridie
& Crepusculo noctis: que singula tempora peculiares
ipsorum lingua appellationem habent. Eas temporis di-
stributiones solent Turce diligere, ad negotiandum, aut
aliquo conuenientium. Meridie tempore ut plurimum in-
grediuntur: sed lotis prius pedibus, manibus, obsecansque
membris anterioribus & posterioribus, terque aqua capi-
tis in persa: nudis item pedibus templum intrat, & cal-
ceos ad templo fores relinquit. Si vero dum peregre pro-
ficiuntur in loca incidenti aqua experti; Maometus
illis concedit, caput, manus, atque calcos terre puluere
affergere.

C A P . XXXII.

Itineris suscepit continuatio: & nonnulla de
Turcium moribus.

T O T A hieme in Paphlagonia traditæ, nono vere
Constantinopolitanum iter prosequi constitutum. Dilige-
nter hoc à Turcis obseruat, ne ut faciendo suos equos
ad citatiorem gressum, nisi coadū impellant (cum verò
necessè est, præsertim in bello, neque equis, neque fibulet
par-

parcunt) nec eos interdiu pascunt, nisi forte aestate ad Solis estū fugiendū mane & vespere iter faciat: sed equis insidentes edunt que circumferunt, equosque, ubique aquam imminuent, potare sinunt. Eam ob causam fontes secundum regias vias deriuandos magna diligentia curant. Quoniam vero nusquam haren sumendi cibi gratia, & per integrum diem pederentim equitant, pridie enere solent in sequentem diem necessaria, sed vilius precy, quandoquidem delicatuli non sunt, sed cepis, pane, vasisque passis, aliisque resiccatu fructibus famem pellere solent: utigareque apud ipsos est, cum Satrapis, rūtenuorū fortuna hominibus crudis cepis vesci: imo Satrapē huic cibo adeo assuefacti sunt, ut quotidie mensis infirantur: hinc profecto sani viunnt. Eius rei ratio digna est que à dolis viris expendatur, cum etiam quis tenues sint, multa tamē mancipia alere soleat. Quis si enim cū binis seruis tribusque equis supra sex asprorum precium vix insumet, qui rosidem Gallicis Carolis respondent, vel quinque assibus Gallieis. Nonne igitur mirum est illos adeo raro egrotare, cum aquam solummodo bibant, illamque subinde mutare cogantur? Verum theriacam illam duo illis beneficia conferre dicemui; primum eos ab aquarum noxa praeservari cepatum & aliorum, que vilius precio ab illis redimuntur, esu: alterum, quod saluans illis creant, & orexus prouocent ad panem siccum liberius vorandum. Si qui apud Insubres & Allobroges in modo gutture laborat, quem morbum ipsi Gos, nos Louppes appellamus, apud Latinos vero nondum nomen inuenit, cepis & allii crudis vescendi consuetudinem haberet, illos simili morbo non laboraturos certum est: etenim ex viuisarum aquarum potu illis accidit, quo liberi sunt Turci, ob frequentem eorum usum. Duplici porro via Constantinopolim profici poteramus, vel per montis Olympi inga, qua compendiosior est; vel per illius radi-

ger, qua longior: veraque autem via in Galatia, sine in Gallogracia est: nam Paplagonia egressis, in Galatiam veniendum est. Cum vero iam soluta essent vires, ea qua per montium Phrygia inga dicit, sequitur summa, licet montem Senis altitudine superent. Paplagonia porro celebrior urbs est T otia, olim Theodosia Gangrotu appellata. Galatiam ingressi qui viam ad sinistram ducentem sequuntur, ad urbem Cote vulgo nuncupatam perueniunt, quae nonnulli Cottiam Latine vocanere, at Plinius Contiemum veteris nomine dixit: qui vero via ad dextram tendente infilunt, per Bolt transiunt, veteribus Abonimenia dictam. Ceterum quoniam ea via praegradientibus, bini sinus obiciuntur, alter Montanez, alter Nicomedia; magna ambages sunt faciende, & annis Sangari, veteribus Sagaris nuncupatus, superandas, qui in Pontum exinxii Exoneratur, isticq; elegante portum lapidibus exstructum conficit: deinde circumeundus lacu qui clavē è Nicomedia conspici potest: à Nicomedia vero secundum Proponitidem iter faciendum per oram sinus Nicomedie, de quo iam diximus. Contium fuit olim, ut etiam nunc est, urbis celebris admodum: arcem adhuc integrum retinet in tumulo stiam, firmisque maxibus praeditam, in clinio propendentem, atque urbem frē pertingentem. Plurimique ex Beglerbeis minoris Asia vnius Contiei habitare solet, quonia primaria nūc urbs est eius regionis: olim vero Gordinus. Pantis sunt anni, quod Regis Persici maior natu filius Ismael nomine per Turcum dominum in Galatiam usque penetraverit, omnia ruinis & incendis factando (cum enim exercitus ex quatuor vel quinque hominum, sed fortissimorum, milibus dumtaxat constaret) Contiumque usque perhenerit: Basia dicta Coraque qui illis praeerat, sp̄i resistere contutus est, militum numero, quos duplo plures habebar fretri: pugna commissa, Regis Persici filium vittoriam obtinuit,

462 P. BELLONII OBSERVATIONES
nuit, Bassamq; in consuetudine sum palo affixit, cuiusq; pe-
nem præcium illi in os ingeri iussit. Africem deinde obse-
dit, quæ expugnare non potuit: alium enim Bassam eu-
nuchum magnis itineribus, ingentiq; exercitu firmatum,
aduenientem intelligens, recessit. Omnes Asia minoris si-
ne Natolia incoleb; olim Greco sermone utebantur: nam
edificiorum rudera que in Cilicia, Lycia, Pamphylonia,
Cappadocia, Pamphylia, Bithynia & Phrygia vidimus,
Græca quedam epigrammata insculpta habuerunt, se-
pulchraq; Gracis characteribus notatae fuere.

CAP. XXXIII.

Omnes mulieres sub Turcico dominio viuentes, cuiuscunq;
tandem sint religiois, obsecrarii partium pilos noa-
nouacula sibi demetere, sed psilothro auferre.

OMNIS generis annua Contie venalis reperiatur,
ut panis, vinum, cerner; nem ab Armenis, Iudeis, &
Grecis incolitur. Italic quidpiam inuenimus inter reliqua
in nostra peregrinatione obseruata, admodum, nostro
iudicio, singulare; Rusma videlicet ab ipsi sic appellata
fodinam; & quid illud tandem esset, intelligere maximè
cupiebamus. Id Rusma omnibus Turcico dominio sub-
ditu maximo in usu est, nemq; est qui illius nomine aut fa-
cultate ignorat. Sciendū porro est, Turcas utriq; sexus
pilos in vila corporis parte ferre non posse preter cesarem
& barbā, vitoq; vertitatur, si quis pilos retineat. Jude sit
ut metallicū illud tanto in usu sit, ut Turcarū Impera-
tor (referentibus Iudeis) singulis annis ducatorū oclode-
cem milia tributi nomine accipiat ab eo qui illius metalli-
ci vestigia in censu habet. Nonnum sanè est, ut adeo vile
metallicum, tantum questum suo domino adferat. Nullus
veterum aut recentium, quod sciam, eius memini.
Qui vero illius vsum nouerit, ipsius venam tantundem
ferre estimabit atque puri argenti: unius enim illi usi
adeo consuevit, ut nunc abstinere nequeat. Ceterum quid
sit

L I B R . III.

463
sit Rusma, dicemus; deinde illius facultatem & vsum ex-
pliabimur. Rusma ferri excremente perfabile est, sed le-
uissima, nigra, adustumque quidpiam referens; fedina
eternum est leviter adusta. Omnes Turcica femina inuen-
tione & vetule, nupta & innupta (que quidem pilosa
sunt) cuiuscunque tandem nationis, Turcica, Græca,
Armeniaca, India & Christiana, ad depilandum co-
vuntur, non sine ratione: nā qua dropace pilos auferre
malit quam nouacula, admodum cōmodum illud reperit.
Pleriq; Europæ psilothra confidere tentarunt ex calce &
auripigmento, sed experientia male cessit, quod viendi
rationem non probe inteligerent: id enim fieri debet ante
balnei ingressum. Eam ob censam Rusma utendi ratio-
num explicare volemus. Rusmati in tenuissimum poli-
num contuso, calcu vina dimidiam partem adiungunt,
vnaque in fidelī aqua macerari sinunt: feminæ balnea in-
gressiva, partes quas glabri esse cupiunt, eomurgunt, at-
que inhaerere sinunt quanto tempore ad coquendū ouum
requiritur: deinde experuntur an pilis decidere velint:
sudore enim cutem penetrare incipiente, pilorum radi-
ces laxiores redduntur, & sponte decidunt, parte abluta
calida aqua, & manu duntaxat ad partem adducta.
Adeo temperatum est id psilothrum, ut non tritat, loca-
que lauia & glabra reddat, nullo pilorum manente vesi-
gio, ut vetule inuenacula quedam modo reddantur. Fem-
inae ergo peculiare hoc medicamentum sibi vindicarunt,
que cutem lauem & glabram habere cupiunt, aliquis
esperam & rugosam futuram, si nouacula raderentur.
At viri, mulieria ista haudquam sese decere estiman-
ter, viriliter Rusmate, sed nouacula pilos demetunt. Hinc
agitur sic ut id metallicum adeo frequenter in usu sit, cum
inter tenuoris fortuna homines, tum opulentos Egyp-
tii, Arabia, Syria, atque religio domini Turcicæ
sata etiam in Graciam transiit, & illuc hæsiit; non-
dum

CAP. XXXI I I.

Turcas feminas singularis esse formae & manditie.

RUSTICORVM etiam Asiaticorum feminæ, singularis sunt forme, molles & candidæ, cuiusque adeo erubata & leui, ut holosericu quis se manibus trahare existimat. Inter reliqua autem medicamenta que cunctem ita levigat, unguentum ex terra pingui cōscicere norunt, quam Greci nunc Pilo nominant: de qua postea. Est vero illa ipsa que veteribus etiam simili in usu fuit. Latinis terra Chia dicta; cuius facultates Dioscorides in hunc modum describit: Extendit faciem & erugat, atque splendidam reddit: colorem in facie & toto corpore commendat, in balneis pro nitro deterget. Inuenitur autem multis Phrygia locis: eius etiam fodinam apud Lampsacum vidiimus, ex aduerso Callipolis. Cumq; eius usus adeo frequens sit, nullus est propria qui eam in taberna non habeat. Macerata hec terra, unguinis consistentiam capit, quo balnea ingressura umbrasum corporis & faciem diligenter innungunt, atque etiam capillos; non autem sapone: quoniam extremi capilli seleni colore Alcanne pulvere tinguntur: si enim sapone capillos detergerebent, cum colorem non modo non recipieren, sed etiam iam tinti in atrio vel rubrum colorem verterentur: sapo enim natura acris ob salis, olei & calcis commixtionem ex qua compositus est, colorem immutaret: predicta vero terra expurgati, faciliter colorem recipiunt. Sincipitis porro capilli fenestratis se cantur ad malas & medium usque frontem, quemadmodum pueris in Europa, & atra colore tinguntur: Occipitis vero, implexi & sericeis vittis colligati in tergum propendunt. Quo vero ariores sunt sincipiti capilli, tanto formosiores censentur, non sine ratione: quemadmodum enim

LIBER III. 465
enim facies quo candidior, eo formosior appetet: ita bimaculandi maiorem gratiam addit capillorum nigredo. Ante cennat testatur, hanc terram ab omni antiquitate in usu fuisse ad detergendas capillos, in Arabia, Aegypto, & Syria, etiamque ob causam terram capillorum nominat: vocat etiam terram edulem, quoniam granida mulieres in his regionibus exemplarumque appetunt. Eodem etiam quo anteriores capillos colore supercula tincta habent, quoque atriior color est, eo facies elegantior estimatur. Ea consuetudo non modo in urbibus usualis, sed etiam per universi Turcice dominij pagos: singulis enim locis balnea habent. Itaque mirum visu non debet, si Asiatica mulieres tam nitida facie sunt prædicta: nam neque a Luna splendore, neque a Soli radiis noxiam accipiunt, quandoquidem domo non egreditur, nisi cum balnea lauandi, aut camiteria pro defunctis orandi gratia accedunt. Bis vero aut ter in hebdomada balnea ingredere solent, istucq; quatuor aut quinque horas comedendo & ornando se se insumunt. Ceteruatim autem eo proruntur: nam peculiaria habent balnea, quo viri non veniam: si vero interdum virorum balnea accedunt, id sit certo aliquo in hebdomada die: quibusdam enim locis feminæ balneariorum possessionem a meridie obtinent, ante meridiem autem viri. Nonnulla etiam loca sunt, ubi femina die Iouis a meridie duntaxat lauant: itaque similis quodam die eius consuetudinis ignari, cum ut alii diebus balnea accederemus, iamquamque apertam invenientes ingressi essemus, magnâ Turcarum feminâ turbam reperimus se ad lotionem parantium: nisi vero illico fugissimus, vix vita periculum emitare potuissimus. Mabumetana enim lex adeo rigida est in hac re, ut vitam conseruare non licet, nisi stultitiam simulando. Nam Turce, ut diximus, fauoris sanctitatis eiusdem ob innocentiam particeps esse censerent. Ceterum nihil aptius ad

tuendam sanitatem Turcis virisque sexu accidera posset, ob aqua potum, & crudarum rerum usum, quam frequens balneorum usus, quod etiam veterum Romanorum auctoritate satis probari potest: aut enim Columella: *Quotidianam cruditatem Laconis excoquimus.* Nisi praeceps hanc balneorum commoditatem haberent, veribus scateret, & admodum immundis essent: at balneorum beneficio mundissimi evadunt. Ut autem olim apud Romanos nullae fuere splendidiores fabrica Therme & Templis: sic Confluentinopoli, aliisque oppidis Turcici dominij nibil magniscentius conspicitur quam Templo, & Therme, que magnorum Palatiorum instar sunt. Neque in Thermarum ingressu neque egressu calefactione opus est: sed loturi in ingressu magnam formicent orbiculare innenunt, in cuius umbilico piceumq. est aqua frigida scaturigo, ad quam se in podio spoliante vestes in zaliari obnolunt. Hu Thermae praefectus binas sindones pictas prabat, quarum altera anterior em corporis partem regit, altera posteriorem cum capite; nimis enim indecorum foret obscuras partes istuc nudare; ea de causa sindone se mouientes, balneum ingredinuntur, ubi calida aqua sonans plures sunt, qui versato epistolio aquam per siphonculum effundunt. Tum ingressi Thermarum serui, illos lauant, fricant, & strigili casem exterrunt. Longum est omnia sollicitatim enumerare: sed ut in pauca conferam, id agunt: In ventrem humi sternunt quem lauantur sunt, deinde collis, humerorum, brachiorum, femoriumque & tergoris musculos manibus prehendunt & malacant: eumque obuerentes, illius peccus familiariter prehendunt & confriant undique: denum caput radunt, minime autem pudenda: sed nouacula ei qui lauantur, tradunt, qui in angustia quandam locum pone balneum secendens, submet pudenda radit. His per actis ad podium redit: cui Thermarum praefectus binas alias sindones, mūdas &

siccas tradit, quibus se deterget & exsiccat: postremo resumptis vestibus, & persoluto asperi precio, abit: est enim in singulis provinciis certum definitum precium, ut, teste Iunenale & Horatio, Rome constitutum erat precium, talentum, quod binis ab his Gallicis comparari posset. Hoc est totius Turcici dominij consuetudo, Gallicane plurimum absimilis, ubi estuarium egressi, supra lectum decumbere solent: meritisque estuaria sue vaporaria vocamus ea in quibus lanamur loca, sic cum iis que Thermae nuncupamus, comparentur. Sed neque ille alia nationes Europe balneis utuntur Gallico more, ut egressi in lectis decumbant, nec Itali, nec Bohemi, nec Germani, nec Pannoni. Post Turcas Thermas, nullas proximinas ad balnearium antiquarum rationem accedentes compserimus quam Germanorum: nam eque frequenter fere lauant atque Turce. Sed illud nobis mirum visum, quod apud Helvetios, pudica matrone promiscuitum virilstam exteris quam notis Thermas ingrediuntur, tamen si pudenda velotella habeant: attamen quoniam consuetudo apud illos ita inualuit, nibil sedum istuc perpetrant, licet nudissima conspirantur.

C. A. P. XXXV.

Qua ratione feminæ sincipitis capillos & supercilia, ut autem esse barbam nigro colore inficiant.

DIVERSA porro ratione sit ea mixtura qua Turcice & Graece mulieres supercilia sibi inficiunt. Vulgariter autem, quaque feminæ apprime nota est, didicimus. Eris viti laminulam, qua Italæ vulgo Ferretto d' Espana appellant, unam aut alteram diachnam pendetem, leviter in ferrea pala confriant, ut in puluerem concretatur: huic pulueri gallam omphacum superpositam calido, sed non candente, ferro premunt, que eo calore dissoluunt, deinde aqua tres vel quatuor guttas inspergunt:

postea calefacto denuo ferro, identidem eam compressionem repetunt, donec galla omnino dissoluta pulueri commiscatur. Ea mixtura atramentum nonnihil densatum simulatur, cuius pauxillum bacillo penicilli instar efformato sumentes mulieres, ipsamet ad speculum sibi superficia tingunt, & ressecari permittunt. Id quinque ans sexies repetitum, superficia talpa pilis altiora reddit: tandem madido linceo panno confricantes, nigredinem cuti inberentem tollunt. Pleraque Perotica femina & puerula Graca superficia rufimata tollunt, deinde paulo supra superciliorum radices, ea mixtura se se in arcus formant tingunt, ut superficia incurva appareant. Procul affectibus elegans videatur: at fœdū in qui ē vicino loco attenuat observat. Ceterum recentiorum inuenimus id non est, sed iam à multis seculis in usu fuit, ut fusis sequento capite demonstrabimus.

C. A. P. XXXVII.

Elegantis forma secundum Graecos commendatio-

CVM Gracis insignem formam extollere volunt, sublatam manum in latius inclinant, pollicisq. & indicis extrema conseruentes, orbem faciunt, quasi indicare velint, eius, de quo sermo est, oculos tā grādes esse. Verus illud est à Gracis auctoribus muliebris forma iudicibus celebratū, qui insigni forma feminai unica voce matruoū puer appellarunt, hoc est, amplis oculis: propter clara nimurum supercilia qua lata & ample faciei gratiam conciliant. Par ratione cum viri ascensu robusti formam celebrare volunt, similem orbem ostendunt, libenterque aducent eum oculos bubulis non minores habere. Si quis diligenter obseruet vetera Gracorum numismata & statuas, oculi praegrandes promissaq. coma deprebendetur, praeus qua Romanis numismatisbus exprimuntur. Vix vlo ex exercito vtuntur Turcicae femine (rariissime etenim domo egredisuntur) nisi cū summam adū contignationem con-

stratam

stratans descendunt, ubi interdum toto die harent cum suis vicinis patrio more canentes. Grecanice autem praesertim Perana in cornu Byzantino, plus libertatis quam in reliquis Turcici imperii oppidis, habent: nam per urbem magna cum pompa incedunt; atque si eorum mariti paulo opulentiores sint, adeo fuso infelta, tantoq. ornatis in publicū procedent, ut dignos ad extremos etiā ungues annulis onustos habeant, & infinita præsilla monilia e collo suspensa gestent, multoq. torques cū aureos, tū adulterinos: quaternis præterea vel quinque cingulis vel sericeis, vel aureis, vel gemmis veris & clementitis constantibus præcingentur, atq. preciosis vestibus sericeis induentur: breviter omnes suæ opes, ostentationis gratia circumferunt, eodem fere modo quo nouæ nuptæ. Sed similis ornatu solennibus dant axat diebus prodeunt.

C. A. P. XXXVII.

Credita difficultia esse, quæ Turcici circulatoris in publico faciunt.

PER INDE atq. nos in Europa, petauristi & circulatoris habent Turce, qui ab incūte atate educti sunt, atq. toto vite curriculo nihil aliud agunt. Creditu admodū difficultia peragunt, iis qui nō viderint: quemadmodum ferreū pistillū pugno multoties in eadē hora incusso confringere. Vidimus qui magnam trabem erectā in humero gestaret, eamq. sine manuum adminculo in alterum humerū succuteret, idq. subinde alternatim faseret sine intermissione. Quam aut seni simul plerumq. conuenient, opidaq. & pagos circumcurrent, quādo fōra celebrari, hominemq. frequetiam adfuturā sciunt: istuc occupato aliquo fori loco, mille gesticulationes propalā faciunt, nudis pedibus supra acutissimos acinaces gradintur, bubulos pedes crudos dēribus in partes disidunt, quorū deinde ossibus dempta carne, tam validè crura & brachia sibi verberant, ut admirandum sit, nec verberare desinunt, donec knusse-

modi offa quina aut sene subsequenter confringant. Nisi ipsi conspexissimus, vix credidissentur: nisi eade coram illustribus nostra nationis viris qui etiamnum vivunt, facta fuissent, vix meminisse valuerint, sed illi ipsi re ita se habere testari possunt. Virium autem robori, quali olim Athlete prediti erant (de quibus Hippocrates & Galenus multa) id attribuere potuissemus, nisi alios plerosq. & inter eos quosdā corporis infirmi similia facere obseruassimus: eam ob causam aliud mihi persuadere non possum, quin fraus aliqua & impostura subfit. Ceterum, dū eorum nonnulli has gesticulationes agunt, reliqui ademunt spectatores, & stupra emendicant. nemo dare cogitur, sed adeo importune efflagitant, ut quidam clargatur: etenim non sibi pudori esse censent quidpiam emendicare.

CAP. XXXVIII.

De Turcarum lucta.

LUCTANDI mos qualis olim apud Gracos & Romanos in usu fuit, etiamnā apud Turcas obseruatur. Vix ullum est in ea regione spectaculum quod spectatores maiore voluptate afficiat. Luctatores enim nudisunt, brachis coriaceis olco delibutis & levibus, ne comprehendendi possint, pudenda tegentes. Si quis forte e spectatorū numero (plurimi enim spectandi gratia convenienter) adolescēs virium robore celebris, cum alio experiri velit: quispiā ex Athletis honorifice illum inuitabit, brachisq. coriaceis prebebit. Qui circum eos sunt, operam suam offerenti; ut eos, dum vestes exiunt, uiuent, vestemq. aliquam talare aut pannum lineum attollent, dum spoliantur. Iam parati in palastram prodeunt; quoniam vero nudi sunt, brachiaq. & reliquum corpus lubrica habet, & bracha angustie seorsa strinquit, atq. etiā genua usq. ad luras aride compriment, magna difficultate luctando se mutuo comprehendere possunt: neq. quisquam visor euadit, nisi adversariū in dorsum prostrauerit, quod difficulter admodum

fit:

suscicet enim alterius in latus vel in genua cadat, aduersario adhuc stante, victus propriea non est; nam in hac lucta quacumq. comprehendere aduersariū licet, etiam per crura: quod si alter alterius manumprehendere posset, tam saniores viribus aduersariorum prostrernere nititur, ille vero eius conatum eludit. Interdum integrā hora ita certabunt, ante quam alter alterum in dorsum prostrernatur, ne unquam radio afficerentur spectatores; tantam voluptatem adserit ea lucta; dubiaq. adeo est, ut modo hunc vītorem futurum iudices, modo alterum. Vicitur autem non minus sibi displaceat, quam qui in gladiatōria primum excidissent. Interdū rūmīsum corpus oleo perungunt, tuncq. lucta magis delectatione afficit spectatores, quoniam mortua prehensio longe difficulter est.

CAP. XXXIX.

Turcas impetratisesse funambulos.

PER extētum suum incedere, neperum inuentum non est: multis enim locis veteres autores eius meminerunt: sed nulli peritores sunt Turcis, qui a praeis ea artē ediscunt, illamq. per omnem vitam exercent. Veteribus gōrobaīs & funambuli appellabantur. Ocloni autē densim simul conveniunt, equumq. habet qui funes & alii impedimenta ferat; exiguum etenim iter singulis debitis conficiunt: cum in pagans quempiam peruenierunt, amplius aliquem locum deliquerint, ubi explicatis suis impedimentis, celas binas trabes in solo figunt, quibus binos funes alligant, altero longe supra alterū eminente. In superiorē autem fune suos ludos non exerceant, sed in insimo, per quens interdum sēni incedunt, tantaque agilitate sēcē circumagunt, ut sciri videantur per summum suum solant incedunt qui longa sēcē librant basē. Hec omnia publicè sunt. Cum vero ex ipsis nonnulli ex fune descenderūt, pecunias à spectatoribꝫ exigunt, adeo q. importuni sunt, ut vix illis denegari possit. Haud credibilis plerisque vide-

rentur si omnia que faciunt sagittatum explicaremus: atq. si nostra Europa rusticis quartam eorum partem duntat-
xat conspexissent, non dubitamus quin prestigia esse
existimarent. Sed hac longo usu à pueritia edotti fa-
ciunt, quemadmodum petanistæ suos in aere saltus,
Turcis ignotos. Suspensum se ex capillorum villo quem
in vertice capitis gerunt instar feminæ: Omnes autem
Turce caput radunt, exceptio vertice, in quo villu relin-
quunt, quo Mahometes eos comprehendere, & a terra
sublenare queat in die iudicij. In eorum autem potestate
situm est, ut eum villum brenem aut prolixum gerant.
Turca sibi inuicem caput radunt codè cultello quo cibum
concidere solent: nam ita cultri aciem intendunt, vi nona-
cule instar radat: tonsoribus tamē non carent, qui pro re-
gionum varietate non acularum alia etiam forma utun-
tur: nam Syriaca & Aegyptiaca, dense sunt & graues:
harum manubrium incuruum non est, sed extremitatem
habet in capitulum conformatam, & quoniam ex Da-
masceno chalybe factæ sunt, opumam aciem habent.

CAP. XL.

De Turcarum canibus, eorumque venatione.

VILLATICI Turcarum canes peculiarem herum
non habent: atque licet ades non ingrediuntur, tegetes ta-
men semper in area stratas habent, quibus incubent: at-
que secundum parietes concava quedam habent saxa, in
qua offarum reliqua, panis, ossaque coniunctunt, quibus
vesci queant. Singuli tuentur cum locum in quo fuerint
educati, & reliquos canes ab illo arcent: fugant prete-
re a filiis fratres illos lupos apud Turcae vulgares nomine
Adil, nec in pagos ingredi sinant. Venatici canes no-
stris magnitudine cedunt, sed eos equant quos spurios sine
hybridis appellamus, villosamq. similiter habet caudam,
pendentesque aures, ut Cretenses venatici canes, finich-
tisq. illigatos eos tenent, ut nos nostros. Hispanicos etiam
aliosq.

alunt ad perdices odoratu persequendas. Aucupandi
etiam artem tenent cum accipitre fringillario, cum vul-
ture, cum sacro & falcone: dum vero revocant, homb. homb
duntaxat acclamat: dextra autem eas aves ferre solent,
& interdum una gallinarum dura vescenda illis prabent
in recentis carnis penuria. Qui loca incolant feris fre-
quentia, fulvas persequuntur, avas minime: etenim (ut
diximus) aprugna non vescuntur: si qua vero fulve à
cambui capta, quibus abunde sanguis non profixerit,
qui scrupulosiores sunt, carū carne non vescuntur: nā, ut
ante dictum est, & à sanguine & à suffocato abstinent.
Attamen ex ea quasnam ut faciant, Christianis ven-
dunt, cum non ignorent, Iudeis perinde prohibitas esse.

CAP. XII.

Stipium in monte Olympo obseruatarum nomina.

RELICTO Contico, viamq. que per montem ducit
sequunt, in pagum venimus inter valles Olympi, qui ad-
modum late patet, sicutum. Magnam istic Tragacathæ,
è qua inquilini gummi, quo nos utimur, legunt, quan-
titatem obseruavimus. Postridie in claro die discendentes,
per montem iter fecimus, atque in eo solum superando
diem insumpsumus. In ipso montis superculo densam ad-
huc niuem deprebendimus: ingens enim quod in media
aeris regione est frigus, nunquam istic mitescit: eaq. est
causa, cur in celorum montium iugis summum semper sit
frigus, & nix insidens non colligneat. Exemplum bat-
bemus in Aethiopie montibus, quos (licet omnia eius re-
gions plana loca ingenti Solis astu adusta sint) The-
ophrastus de Myrrha, Thure & Cassia agens, nine te-
ctos esse asserit, uti sunt etiam Libanus in Syria, Spa-
cia mons, Ida, & Dicteus in Creta: attamen appa-
num sine malvaticum vitum in planis vicinis locis fre-
quens colitur: Non sicutur mirum est, si astute in summo
astu, grandinem decidere videamus. Ita etiam obserua-

tumus Sabiatam illi qua à nobis in hortis colitur similem, tanta copia sponte nascentem, ut tumuli ab ea ecocrentur: abies in summam altitudinem attolluntur, sed extenuam prævent resistam. Sunt etiā nonnullæ asculi, ostræ, alioq. similes arbores. Silueſſes quis nonnullis filiarum locis satis istic frequentes sunt; aliud item quæcūs genia à nostris ducetur, quod veteribus ignotum fuisse arbitramur: eius etenim glandes minoribus fabis haud sunt maiores. Helleborum nigrum istic flore profert rubentes, & frequens est, atque eo loco primum similis flore præditum confiximus. Leden item à Greco diversum & longe maius. Observamus præterea alias arbores & ſirpes, quæ cum vetero appellatione exprimere nequaamus, alias describemus. Per Pinastrorum & Abietium ſilas iter facientes, diligenter obſeruabamus, an Laricis conſpicremus: sed neque toto illo monte, neque per Asian aut Graciam vīlam vidimus. Ea propter veteres Graci Scriptores, quales Thophrastus, Dioscorides, & Galenus, eis non meminere, tanquam ipſis ignote, licet nonnihil de iphis gummi Dioscorides & Galenus egerint.

*M*iror Plinius de Thya agentem, cogitare Homerum Laricis mentionē facere: sed ballucinatur, pro *Picea Laricem* ſupponens, chins iconem hic exhibemus, plenam eius descriptionem cum reliquis conſeruis arboribus daturi.

Vespere in alium parum inter montes ſitum diuerſius. Postridie autem plane ex monte descendimus, & peculiariter quoddam pinastri genus duntaxat obſeruamus, conos auricularis digiti extremi crassissimum vix ſuperantes ferentis, & fruticem quem Brutus vulgo Spina cerifera nuncupant. Planiciem deinde habuumus amplam & ut mare equatam, ubris ad modum glebae, oriza conſitans, nam plerique rini ex montibus undique delabitæ eam rigant, facileq. per cataractas aqua & retinetur & emittuntur. Ceterum mirum non est, ſoriz, apud Tur-



Turcas magno sit in vsu, quandoquidem illam melius apparare norunt, quam nostri homines. In insculo illâ coquunt, disque ebullire sinunt, nullo modo agitantes: qui enim, dié ebullit, agitant, corruptant, ut nostri Galli, qui ex eius vicia magnum aliquod fistile implent: quum Turcico more coquendo, integralib[us] libra opus esset. Per hanc planiciem ad meridiem usque iter fecimus, ad cuius extremum per fauces quasdam in valles peruenimus, ubi denuo Spinam cerisola obseruauimus, & Ephedram rubro semine uti Androsace refertam, ingentis altitudinis: huic natura Smilacis leui in Atho nascenti persimilis. Nam si iuxta arbusculam primum adolescentem nascatur; prout illa crescit, etiam attollitur, come[re]que in crescendo illi fiet, etiam si in immensam altitudinem arbor attolleretur. Videlicet enim Platano non minus celas abietibus in Hamo monte nasceturibus, que Ephedra ad summum usque fastigium deduxerant, sine claviculatum (quas ut Smilax leuis quibus se implicare posuit, non habet) ad miniculam rami incumbentem: Si vero iuxta fructice aut arbusculam nascatur, humiles manet, nec supra eam attollitur. Nam antea in Illyrico inter Castelnum & veterem Epidaurum obseruaueramus.

C A P . X L I I .

De Prusa urbe, quæ Tuteatum Imperatorum Regia esse solebat.

IN Prusam urbem Regum Bithynie olim sedem, quam Plinius ab Hannibale conditam scribit (Intus in Bithynia, inquit, Prusa, ab Annibale sub Olympo condita) mature peruenimus, isticq[ue] diu hesimus. Admirabilis est eius situs: nā ut pauperrimum incrementū sumpfit, sic per montes acclive sparsa est: mura non est cincta, sed Lugduno in Gallia amplior est: variis enim locis per montis radices sparsa, conuallibus separatur. Cū Turciei Im-

pera-

peratores Phrygiā subiecissent, nec ulterius progrederi possent. Regiā istic sedē constituerūt, abhinc autē centū annis cum capta Constantinopoli, pauperrimum in Europam penetrassent; Prusa relicta, Constantinopolim Regiam traduxerunt. Attamen Prusa etiamnum aequo opulentia & populosā est ac Constantinopolis: immo hanc ab illa superari, opulentia & in habitantium numero, dicimus Rolandi gladii adhuc ad arcis Prusa portā pendere conspiciunt. Eum Turcae diligenter adseruant: nam vulgi existimat ipsum Turcam fuisse. Prusa autem opulentia a serico constat: singulis enim annis mille camelī ex Syria & aliis Orientalibus locis serico onnisi Prusam adueniunt; quod istic apparatur, in staminā diducitur, varioque modo texitur, & diversis coloribus inficitur: nā velles ex holosericō variis figuris contexto & diversorum colorum, auro & argento interdum immixto, atque eleganter confecta gestare solent Turce.

C A P . X L I I I .

Tuteatum vesteſ elegantissime & concinnataſ
& confutataſ.

T U R C A R Y M vesteſ ex quacunque tandem materia, fine lanaea, fine sericea, fine ē caprarum villis confecta conſtent, sericeo filo Prusa concinnato corsuta ſunt, ſutura quodammodo indiſſolubili. Turci fortiores longe eleganter omnia conſuunt quam Latini, ut noſtrarum opera velut tyronum videantur, ſicut Turciei conſeruantur, adeo concinnè illi omnia conſarcinunt, ut vix ſuturæ appareant: in ſumma, in ſuis operis nihil quod reprehendi queat admittunt.

C A P . X L I I I I .

De Ephippiariis & tutoribus Turcicis.

S V T O R E S atque ephippiarii adeo nitide & diligenter omnia ſua conſuunt, ut melius id fieri nequeat: ſuum ſeſſis non utuntur, ſed acubis longis terribibus crupide carentibus, & nonnihil incurvatis, nec pice ſilium induunt

478 P. BELLONII OBSERVATIONVM
ducunt quo consenserit, sed cera stamna sericea quibus solis
utuntur, inserviant, ferre ambinum primum subula factis.
Turcarum cuius magnatum, tum rusticorum cothurni,
anteriore & posteriore soleæ parte ferreis clavis muniti
sunt. Inio ipsius Imperatoris & Bassarum, feminarum,
puellarum & puerorum omnes cothurni perinde ferrati
sunt, nec, tum aliqua in parte rupti sunt, unquam
reparantur (nulli enim istic cedones.) quemadmo-
dum nec corrupta ephippia. Eorum etiam antilene &
postilene, reliqua quo coriacea ornamenta sericeo file
consuta sunt.

C A P . X L V .

De Fabri, ferrariis Turcicis.

FERRARII fabri Turcici nunquam solibus utun-
tur, nec carbone egerit, fornacibus enim carent. Eorum
ferree soleæ vix diuidimur Europea soleæ pendent, neque
eorum binae soleæ plus materiae requirunt quam in ex-
ternarum gentium. Soleas* ferreas magnas & parvas
tam complauatas, nondum tamen pertusas, emere solent,
quas deinde equorum pedibus accommodant, sedentes no-
stratum sartorii more, hoc est, curribus decussatim com-
positis, illico autem supra incedent accommodant, deinceps
chalybo styllo bene temperato perforant, alioque qua-
drato boneq; acier puzione foramina pro arbitrio argent.
Ha soleæ uncos non habent; quoniam suos equos exercen-
do ad plenum cursum alternis nec impellunt, nec sustent,
præterea clavi quibus soleas adfigere solent, oblonga cras-
saq; habent capita, instar columbacei cordis. Cum autem
equi gradatim incedere soleant, per semestre integrum
talceandi non sunt: quæ consuetudo cum admodum la-
dabilis sit, de Turcarum in bello gerendo commoditatis-
bus agente, tam minime præterire debuimus. Cum equi
pedem ad ferream soleam applicandam repurgant, eum
in forniciis non excassant nostro more ferramentis conciso-

L I B R . I I I .

479

rix aciem protrudendo, sed eum complanant, ferreo in-
strumento palmum lato, cuius acies versus manubrium
obversa est, attrahendo. Forum item habent ex quo ad-
modum franco predite sunt: strigiles vero tametsi de-
tatae sunt ut nostra, manubrio tamen carent.

* Simile quidam est Hispanias, dum illa anno Domini nationa-
lis M.D.X. i. v. per obsidem, obterru, preferim in venie Castella.
Ferrea etenim soleæ, magnæ, parva, mediocres, ē Cantabri apud quos
Iandalium sunt fessi fodine, tunc tamen conformata per vicinorum His-
paniam distribuitur. Ferrarii deinde fabri, qui has officinas plerumque
ante aedes sub fuligineis habent, sine igne aminiculo illas soleas ad
equorum qui calcandi addeuntur, pedum formam ad incedem mal-
leto accommodare & complanare nuntiat, plures que etiam ad solem &
solearum foramina pogunt, sive styllo peculiariter audita facere: ex quibus
sunt pondere illæ soleæ, attamen adeo ten perata & durabiles ma-
terie, ut hoc autem dominatio in se non calceandi sunt equali, sive nulli, etiam
necessitatibus, qui causam celeritatem finantur.

C A P . X L V I .

De Turcicis lanionibus, & lapidibus qui in bubulo
telle inueniuntur.

L A N I I Turcici aliarum nationum lanios in concin-
nandis carnibus agilitate longè superant. Et ubicumque
sunt, regulato bone, extiq. exemptis, si observare solent,
non lepidens contineant, quoniam plerumque intrascitur
lapis quem Arabes Harazz nominant, chinsque facul-
tares ab Aucenna signillatum sunt descripte. Iudei longè
pluris estimant huiuscmodi lapides quam Turci;
qui Iudeis cum sint saniiores, ita magnopere non indi-
gent. Iudei magna ex parte malo colore sunt prædicti,
& regio morbo laborant, naturaq; taciturni sunt & melan-
cholici, non modo in Turcico domino, sed & in Germania,
Italia, Gallia & Bohemia. Qui apud Turcas vivunt,
nullum presentius remedium aduersus eum morbum no-
runt, Harazz lapide. Quod adnotatum volumus, ut
quem hoc legere contineat, lanios sua regionis admoneat
de perquirendo eo lapide in bubulo fide. Non inueniuntur
quidem in omni fide: sed in decimo quoq; forstæ inuenien-
tiur binis aut tres eiusmodi lapides. Cum arisci aut capra
cutem

cutem detrahunt, sanguinem plenè extillare sinunt (quoniam ab omni sanguine abstinent) cutemq. integrum adseruant ad utrè liquori aliquo imponendo idoneū. Aper-
ta deinde alio, tenui intestinum, qua inferior alio adha-
ret, absindunt; deinde ad alteram illius extremitatem
crasso intestino inherentem conectunt: postea minor a m-
testina eximunt, & pinguedine liberant, & ex uno sus-
pendunt in cū quem dicemus r̄sum. Carnes libratim vel
ad pondus vendunt, ut & alia omnia; & ita prascindere
norunt, ut singula fr̄usta aliquid ossū contineant. Qu-
cumq. Turcarum bouem sine veruecem venalem habet,
lanoni non venundabit, sed ip̄mēt ad officinam deducet,
istiq. à lanio singulari, & omnia appararicribat, per-
lutoq. illi premio, ip̄sē carnes venderet, & carum precium
recipiet. Hec tamen consuetudo non perpetuò obseruatur.
Nam & lanii armenta emunt in pagu & publicis foris,
quoru deinde carnes sigillatim in suis officinis venundat.

C. A. P. XLVII.

De arcuorum Turcicorum viris & testudinum fidibus.

S V B vesperā ergo adueniet aliquis corbem dor sua-
riam gestans, & laniorū tabernas obibit, excepturi m-
testina eo die reservata, qua deinde sis quenacros & fi-
des faciunt, tradit. Arcuū autem neruos apprimē con-
ficere norunt, quorum frequentissimum est usus: omnium
enim arcuum apud illos nerui ex intestinis confiati sunt.
Omnis etiam generis fides conficiunt, casq. admodum ex-
iles: imo etiam neten, tam acutū quam nostrates reddent-
em sonum, sed non adeò clarum, quoniam ex tribus ner-
uis contorta sunt: potest tamen aliarum penuria testudi-
ni Veneta inseruire. Eiusmodi netes variū generis, vario-
rumq. colorū reperiuntur, rubri, Veneti, viridis, flavi, &
albi: nullusq. est insulari qui eas & reliquas fides vene-
les non habeat, etiam per uniuersum Turcicū dominum,
atque frequenteres quam in Europa. Cuius rei hac est ra-

tio. Turca quatuor testudinum cauarum & lyrae quo-
genera habent; quarum alterutras plerique pulsare no-
runt suo more, etiam rusticī; quod neque in Gallia, neque
in Italia vulgare est.

C. A. P. XLVIII.

Detectudine causa & conceitu Turcarum.

S I quis de veterum Mūsicis instrumentis quidpiam
conscrībere cuperet, ea que per Graciam & Tūricum
dominum conspicuntur, ampliorem illi materialm sug-
gereret quam ea que tradita habemus. Tibis etiā viuant
Turce, us serē similibus qua apud Germanos sunt, &
sex foramina ex ordine posita habentibus, sed duos cubitos
longitudine superantibus. Cum difficultate autem inflari
possunt: nam os habent ab omni tibiarum Europae auni
genere diversum; supremum enim foramen ipsam fistu-
lam penetrat; atq. inflari solent cantando plerisque per
amplius extitimusq. foramen, sed exigua admodum, no-
stro iudicio, harmonia. Iam diximus Turcas inflare ti-
bias nosse, tympana pulsare, lyras, panduras, & heptaca-
lamos: sed & variacauarum testudinum genera habent,
quarum maxime osti fidibus praedita sunt, sed crasse ad-
modum, cervice ut cunque longa, recta, multas tamen di-
stinctiones habente; cumq. eius fides nostris comparanda
non sint, eis etiā harmonia hancquam ad nostrā acce-
dit. Alterum genus mediocris est magnitudinis, & magis
vulgare, lyra serē simile, sed maioris harmoniae, quodque
difficilius pulsari possit: sc̄pē fidibus praeditū est, ut nostra
Lyra, diversa tamē eius est sonus, ad Turcas & Gra-
cas saltationes admodū idoneus: hoc nauticū genū boni-
mū praesertim palameriti à Gracis vocati, quales Pelopō-
nesi. Ebūs & insularū maris Aegei incole, frequentius
vitūtūr quā qui in cōtinenti Asia habitat: tacnū nullas
distinctiones habet ut lyra: us tamē adnexis pro lyra eis
sumus: habet etiam neten post hypaten collocatam, qua ad

obliniam nates anterioris intendi potest; brevior enim est, pacillumq. habet ad infima cernicis latius infixum. Ter-
tium genus minus est superioribus, oblonga admodum duo-
rum ferè cubitorum ceruice, & multi ractum ordinibus
distincta, tribusq. duntaxat fidibus constat, cuius ideam
commodius exprimere nequeo, quām culinario cochleari
proposito, cuius manubrium oblongum & quadrangulum
sit: id quoniam magna facilitate pulsari potest, vilisq. est
precii, passim ab omnibus usurpatum, & pluma eius fides
tanguntur. At maritimum illud genus nullat acuum
serie distinctum, pulsari potest, vel fides pluma tangendo,
vel summis digitis eius prehendendo, quemadmodum apud
nos caue testudinis & lyre: id genus ex Sabina illius
quam in T auro monte innenitus ligno, quod nunquam
finditur, factum est: media tabulata pars eodem ligno con-
stat; altera ex piscis cuiusdam pelle confita est, qui varia
obtinet nomina: nam à veteribus & Aristotele Hyena
piscis & Silurus dictus est, Gracilis etatis Glanion
appellant; ponticulus fides sustinens pelli illi insitit. Inue-
niuntur eiusmodi testudines ex crista materia confita,
qua plus quam sex aureis estimantur: suntq. nonnulli nau-
te qui eo precio comparare non verentur. Turca porro
reliquas nationes superant, vermiculatorem, segmenta-
torum ve operū in marmorea, vitrea sine lignea materia
conficiendorū industria. Videas interdum pyxidulas an-
visfaborum 20. ducatis estimari. Utrea Caire & Con-
stantinopolis fenestra vermiculato fragmentorum vitri
dimensorum colorum opere constant, conformata primū
ex gypso area, cui deinde vitris fragmenta applicant: eaq.
conscutudo ab Arabibus ad Turcas transiit.

CAP. XLIX.

Turcas latrunculorum ludum ad primē callare: magnumq.
volumen gummi tragacanthæ apud illos esse.

IN Latrunculorum ludo Turca sunt industry, eoque
maxime delectantur: interdum enim totum diem luden-
do traducunt, capropter latrunculos semper circumserūt,
altecq. loco telam pictam. Admodum illis conuenit hic
ludus: nam cum humi sedent otiosi, facile ludendo totum
diem impeditre possunt: eburuci non unoquā personis scal-
ptura expresu reperiuntur: sed ea quam Reginam nos
vocamus, carere nobis visi sunt, aliamque eius loco substi-
tuere. Prusa harentes, obseruantur gummi tragacan-
tha usum adeo istuc esse frēquentem, ut singulis annis plus
quam quatuor millia pondo absumentur, ad leuocē se-
rico conciliandum. Nam Asia minoris rusticis, luci cupiditate ille est per Mysiam, Phrygiam, Gallograciam, &
Paphlagoniam gammi illud legunt, & Prusam deserūt,
ubi illicopente pecunia ab illis redimitur. Hallucinan-
tur qui ex Creta Venetias deserri scribunt. Galle etiā ge-
nere utuntur Veteribus ignoto, in Terebinthi nascente,
cuius libro primo meminimus, admodum commodo ad se-
ricum quoque colore inficiendum; huic plus quam sex mil-
lia pondo singulis annis insument. Concaue sunt ea galle,
Romanarum gallarum magnitudine, innascentes Tere-
binthi maris foliis, vere colligende, alioqui in oblonga &
semipedalia interdum cornicula excrescant. Tres Prusae
vulgares sunt lingue, Hispanica inter Iudeos, Graeca,
& Turcsa, qua magis usitata est. Iste etiam sunt non-
nullae Arabicæ, Armeniacæ, & Italicae familiae. Veneti
& Chy suos istuc Instituto alunt. Duplici via Prusam
Constantinopolis perueniri potest; marina, & vel per con-
uentem. Per continentem quinque dies iter est, per mare
autem biduo aut triduo peruenitur: nam Prusa à Pro-
ponide dimidi diei itinere duntaxat abest. Appellatur in
h 2 finit

484 D. BELLONII OBSERVATIONVM
 sinu Nicopolis veteribus dicto ad pagum Montanea no-
 mine, à quo nunc is sinu appellationem sumpsi: locus ve-
 rò est male fidius nanigii, quia portu caret. propterea illi-
 co in siccum remulco pertrabuntur, ne tempestate à ven-
 tis excitata affligantur. Eius pagi incola Græci loquun-
 tur, boniq. sunt viuitores. Caluerorum istic est monaste-
 rium. Turcarū Imperator binas liburnicas perpetuo ha-
 bet, que Iamissaris mancipitis agēntur, quaq; singulis die-
 bus Mercury (nisi tempestate impediatur) soluant, al-
 tera ex Montanea Constatinopolim, altera e Constan-
 tinopoli Montaneā. & eos qui e Constantinopoli Pra-
 sām profici cōspicunt, vel cōtra, vekere solent. Ea libur-
 nica ex Montanea soluentes, niuentex proximo monte,
 Olympi appendice, delatam transuehant Constatinopo-
 lī. Sunt enim istic onerari eque constituti, qui niuem è
 monte deferant, qua bidui spacio liburnica impleri potest.
 Quosquot etrumque Helleponsi & Propontidis latus
 accolunt, fērē pīscatores sunt, & Græco sermone utuntur.
 Iste obseruauit rusticum herbas domum referentem, in-
 ter quas erat à veteribus Cancalis nuncupata, ille Caf-
 calista nuncupabat: cuius cum iconem in recentiorum
 Herbariis non conseruavimus, illamq. ad vinum expressam
 habeam, hoc loco proponere volui: ea cruda vescuntur in
 acetariis uti Lamp̄ana.

Tandem Constatinopolim regredi per Domini d' Ara-
 mont, qui Turcarum Imperatorem in expeditione Per-
 sica sequutus erat, absentiam, ab ipsius Vicario viro no-
 bili Buurige, cui nomen Iacobus de Cambray, non mi-
 nus humaniter excepti fiamus quam antea à pre-
 dicto Domino d' Aramont: isticque multos qui cum Do-
 mino de Fumet aduenierant, sed Constatinopoli re-
 stiterant, inuenimus: nam prater nobiles viros quos
 recensuimus, egregie litteratum virum Inſtum Te-
 nellum adduxerat, quem Rex Franciscus litterarum
 Restau-



Restaurator expresse èo ablegauerat, veterum codi-
 cū Græcorum conquirendorum gratia.

C A P . L.

De floribus quibus Turci delectantur; de quæ corum
 hortis, & variarum rerum apud eos experimentis.

FLOSCVLIS elegantiis maxime delectantur
 Turci, atque illos magni faciunt, etiam inodoro. Nos
 obiectamur florū & herbarum odoratariis commixta-
 rum fasciculis: at Turci carum obtutu gaudent, & vu-
 cum florem, non plures simul mixto habere gestiunt. Ac
 licet eorum varia genera simul habere possint singulos ta-
 men separalim in cydaris sive voluminibus gestans. Opi-
 ficos plorūque variorn colorum flores in vaseculo aliquo
 aqua pleno ante se habere solent, ut corum elegantia diu-
 tini conservari queat. Non minorē etiam quam nos in
 colendis hortis adibent Turci cirram, nec minus dili-
 gentes sunt in conquirendis arboribus exoticis, si prefér-
 tim elegantibus floribus sint predilecte, nec in eo studio ullis
 sumptibus parcunt. Arboreis in suis hortis aliunt Amy-

gdale magnitudine, quas Graci vulgaris lingua Cromada appellant, Turca^{*} Cromadia, quasi dactylos; edulis etenim earam est fructus, folium Andrachnes. Alunt etiam fruticem hederae foliis, perpetuo virentem floribus violaceis, pediculum oblongum ambientibus, & cauda vulpina crassitatem equantibus, qua de causa Turcicum sua lingua vulpinam caudam appellant. Lilia^t rubra istic in omnibus hortis vulgaria sunt; a nostratis autem differunt, quorum flores albis liliis similes sunt; at illorum folia arundinacea sunt, radices ut graminis, sed longè crassiores. Plerique exteri namibus Constantinopolim appellentes, radices aduehunt stirpium que elegantes flores proferunt, non ignari se ex illis questum facturos. Cum alias diximus Gracos herbas negligere qua non sunt edules, Turcas nō comprehendimus, qui nunc Gracos superant in nominibus tribucndis; nulla etenim est herbula, modo eleganti flora sit pradita, cui vulgari sua lingua nomen nō imponant. Inter reliquias magni faciunt Carthamū, nō modo odoris causā, sed quod oculos recreet, quodq. capite sit veluti arte capitulo. Mira habet Turca variarū rerū experimenta. Est ne singulare quidpiam, medicamentum iuueniri quod statim somnum conciliat ei qui quiescere non potest? Sumpta ergo apud aromatarios (pharmacopeis enim, ut diximus, carent) pro dimidiū aspri prelio T atoula, illi qui vigiliū torquetur, exhibent. T atoula autem nihil aliud est quam Nux Methel Arabibus dicta, Gracis Solanum somniferum, quam sponte nascen-^{re} in planis Hiericanticis apud Helis et solum reperimus, fons de Selimo Imperatore agēt, scribit illū vesci semi-^{ne} quodā solitū, quod animo voluptate adserret, & rerū que molestia animum afficiunt, memoriam tolleret; sed ignorat quale id semen sit, nisi forte sit Drepenthes. Nos autem obseruavimus Turcam semine vesca palam istic in omnibus foris venali, stirpis Harmala, qua Ruta silue-
stris

bris genus est, de qua libro secundo egimus, quaque pas-
sis in agris & inter sepes istic nescitur, apud nos ve-
ro rurimē. Dum corū stirpes observare cupimus, sapientis
iporum hortos ingressi sumus: sed nullum vidimus magis
singularem & elegantiorēm eo qui a Venetiis Patruj col-
latur, cuius auctor fuit Daniel Barbarus, Patriarcha
Aquileiensis, magni vir iudicij & insignis eruditio-
nis ab eo deinde secundum in nostra Galia apud D. Maxi-
mum non procul Luretia Parisiorum. Melpilus Aronia,
& Prunella forens arbor frequentes sunt per Constanti-
nopolitanos hortos: reliquias etiam arbores fructiferas, ut
Amygdalas, Persicas, Malos, ab ipsis diligenter colā-
sam diximus.

* Id Cromadia forte est Thibison Kurnai seu lauro eraus, primo
Pannonicarum stirpium historia libro à me descripta.

^t Liliū autem cuius vobeam, Liliopbodium paniscum nostrum esse
atribuimus.

C A P. I. 2.


De stellis animalibus per Thraciam noxiis, & de quorundam
animantium atque plantarum in Ponti litora collecta-
rum, & in foro Constantinopolitano conspe-
ctarum, nominibus.

CERTO quadam anni tempore, omnium greges in
agris pasci, nec noctū sub diō relinquent, audent Turce:
quoniam, ut ipsi assertunt, bina sunt stelle, quae propria
nomine indigitare norunt, Iulio & Augusto noctūappa-
tentes, illis plane verticales; quarum splendorem si oues,
caput attollentes, conspicunt, ipsa interenne: si eo tem-
pore sub recto adseruentur noctū, nullam noctam patien-
tur. Rem ita sese habere, experimento indubitate se di-
dicisse affirmano. At hec per universum Turce dominium
non accidunt, verū nonnullis duntaxat Thracie locis.
Eam ob causam, nunquam nisi eō tempore omnium greges
noctū subiectum agunt, ne bieme quidem. Pleraque alia
provincia, harum observationum imperita, quæq. ma-
ximo interdū danno afficiuntur ex gregis interitu, cau-
sis

sim ignorantes, veneficarum prestigii se id damnum accipere astimant: quod Virgilius in suis Eclogis innuere videtur. Nos vero id primum Constantinopolis intelleximus ab his qui certo quodam precio lanionibus ones prabere solent, quiq; ea de re conquerebantur. Quid postea verum esse deprebendimus. Etenim cum viperario Turca secundum Ponti littus iter faciens, onium greges sub tectis delitescere conspexi; causamque fasciatum, tametsi pastores ignorarent, responderunt tamen reliquo tempore sub dio versari solere: verum si tum temporis noctu foris relinquerentur eas moriturus. Sequentes porro stirpes in iunere obseruauimus; cistum cum hypocistide eius radicibus aduascente frequentem, spartu tria genera, periclymenum, aphacen, androsaem frequentissimum, quicd Itali Cecilianam nominant, omnis generis plantagines, linariam, lampsanam, millefolium odoratum, lagochimenti, chondrillum, maluum silvestrem & pleno flore, prasum, marrubium, chrysanthemum quod edule est, chamaelatum, cedri pumile duo genera, inniperos pumiliones, arbutum, platanum, corylum, hedera, sambucum, delphinu etiam scheleton suis adhuc ligamentis connexum in littore, smilacem asperam, corrudam, trifolium marianthes, caucalidem, feniculum agreste, terebinthum, nerion, prunum, sinestrem, eupatorum Gracorum, teucrium, androsacen, armoraciam, verticulas, aspalathum, agourupes, aron, bellidis duo genera, consolida geniu radice orbiculari, incolis Steroni dictum, pimpinellam, galopism, calamintam, origanum heracleoticum, hippurum, buplebthalmum, hippolapathum, belleborum nigrum, filicis duo genera papaver silvestre, hyacinthi tria genera, conyzas duas, maiore & tertiam, orobides, violas, ericam, fernam, sua ona edulia ferente, hyssopu silvestre, meum, symphitum flavo & albo flore, lopulum, asclepiadem, cynoglossum,


sum, calendulam agrestem, ulmum, chamedrym, colchicum, carduum benedictum, syderum, oxalida, querum, laurum, helxine, cicoriu, rosam silvestrem, conolutum, stachyn, asperulam, oxyacantham, stracem chamaedaphnen, anchusam, lycopsin, alaternum, thalietrum, chaemiridem, tria tuberculata genera, maret videlicet, myrsinam, & helioscopium, ornithogalum populum nigrum, & lybicam, castanam, alnum, rhus coriaria, palegium, sorbum terminalis, quam Galli Aliser appellant, enonymum, anabasis, verbenam perstereon, aceru duo genera. Viperarius porro quem comite habui, sicut Turca, quos inuenimus serpentes vulgari Graeca appellatione exprimere potuit, ut inter reliquos dryinu veterum, quendam droga illa nunc vulgo appellant, dictione ad veterem nonnihil accedente nullu aliu serpentem qui in maiorem molem excrescat, quiq; sibilu maiore emittat, cognovimus. Eum tam magnum aliquando inuenire memini, ut sacco impositu rusticu per duo miliaria ferre nequiverit, quis quiescendum illi fuerit: illus exuum feno repletum, crassi alicuius viri crux magnitudine equabat. Huiusmodi atque aliorum serpentum, anum, animaliumque terrestrium exuui, stirpibus item integris & rarioribus plantarum seminibus, atque marinis multis rebus ingenitam capsam impleneramus, & in nauem onerariam Genuensem, cui nomen la Delsina, intuleramus, ad Dominum Vitaldi pertinente, cui praerat quidam Franciscus Brusquet, qui in Anglia ea exonerare debebat, sed a pyram intercepta, Argieriam perducere fuit, nobisq; ea omnia perierunt. Tanta porro est inter serpentes viros affinitas, ut vix discerni queant: nihil igitur mirum, si eorum icones atro duntaxat & albo colore expresa, adeo similes sint. Hac tamen genuina est drymi pictura.

Serpentem etiam inuenimus callum instar tuberculii in fronte habentem, qui nostra opinione veterum Afpis



est, mihi admodum rarus visus, tametsi id antea apud Bru-
tios in Italia non conplexissimus. Ut autem Cerastes supra
oculos, binos callos elationes habet: hic unicus callus habet,
colorēq. Amphibēnā emulatur. Id de Ceraste in secundo
libro egimus, nunc tamen illius iconem hic exhibere libuit:
at eius pleniorēm historiam, tum reliquorum serpentum,
corūq; icones, duobus libris quos illis dicauimus, dabimus.


Cerastis icon.



Sala-

Salamandras præterea ubique ferè vulgares, quas
noſtri ſouys, Pluuiines, & Miruſi appellant, & Pha-
langia inuenimus. Redeunt autem ſecundum mariti-
mam oram, cum ad Bosphori fauces eas perueniſſemus,
ubi Propontidis caput est, in altiorem vicinum montem
conſendimus: ubique aucupem reperimus, accipitres pre-
tervolantes capientem, eo quo referemus modo. Mirum
autem uobis videbarur (cum mensis Mayuſitum eſ-
ſet, ſoleantq; omnes aues eo tempore ſuos nidos obſidere)
tot milios & accipitres ex Ponti Euxini dextro latere
ſubſequenter adholantes è longinquō quantum oculorum
aies penetrare paterat, conſpicere. Magna induſtria
aueps eos capiebat, nec unquam aberrabat. Aueps
aream quandam binos aut tres passus à dumo quedam
diſtantem complanauerat, quadrangula binos passus in
diametro habentem, in cuius ambuſternae utrinque
virgas pollicaris crassitudinis, & altitudinis humana,
terra inſixerat, quarū ſingula qua aream ſpectabat, ere-
nam habebant, cui aliqutum erat rete ex tenuī filo vi-
ridi contextū, & humana altitudine extenſam: in media
area fixerat bacillum cubiti longitudine, cuius ſummo
funiculus aliqutum erat perductum ad aucupem ut que po-
ne dumum latentem, cui etiam funiculo aliqutate auice-
la in area grana depaſcebat, quas attrahit funiculo vo-
litare coſollebat, ſimilatq; elonginquo accipitrem adholante
a Ponto Euxino animadheret: accipiter acutissima
oculorū acie praditus auecas depaſcetis confiſcieſ, ma-
gno impetu in eas irruens, in rete inſidebat: aueps illico eū
capiens, eius alas in linea pannā ad eā rem paratum uig.
ad comiſſurā immergebat, deinde colligatis extremis alie
cū coxis & cauda accipitris, atq; obduellis illius oculis, bu-
mi acere ſinebat, commonere enim ſe non poterat. Imag-
nari neſcumus unde tot aduenirent accipitres: nā duarū
horarum ſpacio quo illuc ſubſtituerū, plures trigesita ce-
pit,

pit, sic ut existimem centenos ab unico homine capi posse
vno die. Ceterum qui herbas Constantinopoli venales
in foro proponunt, plerasque habent que neque nota, ne-
que in usu sunt apud nos; qualis est lamp̄sana, quam vul-
go Lamp̄sana ipsi appellant: sed cum in caulinis abutit &
florere incipit, Vrounes nuncupant: huc cruda degusta-
ta, raphanum sapit, cocta vero, amara redditur. Eleo-
linon diligentia cultura dulce reddunt, eoq; crudo in omni
ferè pastu vescuntur, & Selino appellant: nostrum vero
selinon hortense, Macedonicō. Venales etiam proponunt
Smilacis alpēra, quam Smilachia vocant, asparagos: bons
sunt saporis in acerarius, quemadmodū & Sigilli B. Ma-
ria asparagi, quod ipsi Embegli melena, corrupta voce
nominat ab autē loco ulkava, id est, vitis nigra, Ancons-
tanti Tamarou nuncupat. In Turcici imperij urbibus forā
celebratur singulis diebus septimanis: nā ut Constantino-
poli obseruari, tali loco forā celebratur die luna, alio loco
die Martis, in Galata die Ionis, & sic de aliis. Atq; si quid
in urbe servari, in diebus demonstratur. Itaq; dñi Con-
stantinopoli hisimis, sapiis eorum forā adumis, & ple-
raque singularia ab exterioris prouinciis adiecta consperxi-
mus, præsertim inter medicamenta quorumdā circum-
francorum medicorum, qui summam diligentiam adhibi-
bent ut aliquid rari nanciscantur, quo illud publicē pro-
ponentes, multi spectatum adueniant, quibus aliquid su-
runt medicamentorum vendant. Alij enim serpentes
proponunt: aliq; viquanta & radices solummodo ven-
dunt, & semen contra vermes: atque sapiis ex
Aegypro Constantinopolim commeant. Nam quosdam
Constantinopoli agnouimus, quos ante Caii videramus,
à quibus piscinā in Nilo versantib; nonnullas icones nacti
sumus, quas libro de Piscibus exhibebimus. Quoniam porr̄a
animal Tatou, cuius iā ante meminimus, apud illos in-
terdum conspicitur, delatum tamen ex Guinea & nou-



In multorum museis iam conspicitur hoc animal, li-
cet ex tam longinquis regionibus petitum, quod nati-
ra illud duro cortice latissime squamu& armatur, tho-
racis ferrei in modu, quodq; caro facile eximi possit, nullo
vitio ipsius forme illato. Iam illud erinacy Brasiliani ge-
nus diximus: nam erinacei modo intra suum corticem se-
contrahit: mediocrem porcellum magnitudine non exce-
dit; cui crura cum pedibus & rostro similia habet, & con-
spicuum est in Galia frumento & fructibus vesci.

Notum est Gallis aliud animal nomine Tartaret aut
Tartarin, cuius hoc loco meminisse non abs re visum fuit,
ne dictiōnum affinitas quem fallat, Taron cum Tartaret
confundendo. Nostro autem iudicio Tartaret est Aristoteli
Simia porcaria, cuius antē mentionem fecimus, cum
de Caii circulatoribus ageremus. Nonnulli eam Maimon
vocant, ali⁹ Magot in Gallia. Neque eius iconem,
neque descriptionem hic exhibemus, quoniam alias de ea
latius disputare volumus; præsertim cū adhuc contro-
versia sit de appellatione Gallica, & aliqui contendant
Magot sine Maimon aliud animal esse quam Tartaret.

FINEM porrò nostris Observationibus imponit,
Lectorē admonere voluimus, ne agre ferat, si interdū
animalis alicuius aut stirpis iconem exhibuimus: cuius
obiter dñntaxat meminimus: nam si omnia quorum
in hoc libro mentionem fecimus, describenda fuissent,
sublata foret omnis occasio de his alias peculiariter agen-
di: ubitamen ea se se obtulit, pro rei opportunitate ser-
monem de quibus dā agētes, vel produxitmis, vel contra-
xiimus. Ceterū ut extera nationes harū nostrarū Ob-
servationū etiā particepsiant, eas alia lingua describere
habemus in animo, sed alia methodo & dispositione. In-
terca si Lector ex harū lectione utilitatem aliquam per-
cepe-

495
deperit, gratias agat Illusterrimo Cardinali Turnonio,
nostro liberalissimo Macenati & Domino, qui in pere-
grinationes nostras sumptus contulit: deinde liberali no-
stro, magnanimo, sapientissimoq; Regi, qui pro sua huma-
nitate & benevolentia nobis concessit, ut in alumnorum
ipius numerum referretur; quemadmodum & Domi-
nus Franciscus Ollerinus Gallia Cancellarius.

- * Qui plura de animali Tatou sc̄it veler, D. Nicolai Monanda libel.
- Jam de Medicamentis ex occidentali India delatis consulat, in quo pro-
prum caput illi dicebat, Armadillo id noncupans, nostrisque in eum
adnotatiunculari.

NE MO VNQUA de variis rebus agēs tam commo-
dè omnia explicare potuit, quin seueri, intidi, male-
vوليq; Lectores intulerint quod carperet & calum-
niarentur. At eos qui hunc nostrum laborem
boni consulent, oramus, vt si alicubi
lapsi erimus, nobis condonent.

Mende corrigende.

Pag. 1. versu 4. obseruatorum 9. 12 exteriore nota; 418 2. postib;
77. 31. interstitium sic inter 21. 4. gnoſo quodam 22. 21. ad Collo-
bieno 26. 11. Attagen 34. Lenticeinas 18. 1. torque 32. 21. Aucups
Hieranii 36. 19. faciat, relinco 37. 9. tefquicubitalia 21. Cancellarium,
Cha 40. 19. plomicer 41. 16. eiusque 45. 1. quod Silvestre 46.
34. praetextum 49. 17. Opib diei 56. 8. pondis 6. 1. 18. Chamary-
ce 71. 27. distancem peruenimus: mon 71. 24. Efcili 21. 1 illarum
77. 8. traicere 79. 4. noncupamus 9. tramut 84. 11. Agat 8. 13.
plerique libri 83. 3. molliores 92. 28. spinosum est, 111. 8. Lac-
tets, 18. Lamarcos 118. 1. medis alio 111. 7. grata 27. Gavia,
111. 10. depalta est, 1. 18. 31. Mosquino appell 141. 29. quistione 151.
19. que secon 151. 14. metalla 119. 14. tandem 161. 19. ripuunt
ex 23. funeris 171. 16. collucta est.



and the like. We have now got a number of them, and
are sending them to you by the next boat. We
have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.
We have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.
We have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.

and the like. We have now got a number of them, and
are sending them to you by the next boat. We
have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.
We have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.

APPENDIX

and the like. We have now got a number of them, and
are sending them to you by the next boat. We
have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.
We have also got some small ones, which we will send
you by the next boat. We have also got some
small ones, which we will send you by the next boat.

Edenayal 1866

ie

